Drottníng Anna Catrína krýnez í Kaupenhavn til Danmerkur og Noregs drottníngar á Trinitatis sunnudag. Kóng Sígismundus í Pólen vill umbr ita trúarbrogdum í Svíaríke. Hertoge Karl sette sig mannlega á móte, og burtrak kóngsens folk; enn þó vard stillíng med þeim Svenstu og Pólstu. Vatnsflód til Róm þann 19da Decembris af Tiberis giørde stórann skada í stadnum. Pávenn giørde frid millum Spanskra og Franskra kónga og hertogans í Savoyen. Finnland innteked af hertoga Karl. Spanske innfalla í Vestphalen med tír anni. Hollendsk seglátia til Java Majorem og annara Indianiskra ríkia. Kóng Christian 2ar í Spánien deýr þann 15 Septembris.

Anno 1599. Drucknun 4 manna í Járngerdarstada sunde. Brotnade skip Þydskra kaupmanna í Hrútafirde, stód þar um veturenn. Þad sumar kom til fullnadar dóms á Alþínge mál Biorns Magnússonar, um þad er hann hafde sókt Oddnýu dóttur Jóns Enarssonar heim á hanns heimile Gunnsteinsstade í Lángadal, og hafde hana ofan til Holltastada, til síns fødurbród-

nem vitæ geſſit. Ferunt nonnulli ſe vidiſſe peſſimum Lokonis genium irruentem, qvi eqvum eqvitemqve proſtraviſſet. Unde antedictum & prioribus ſeculis uſitatum conſilium captum eſt, futuros nempe infauſtorum votorum exſecutores refoſſos decollandi, qvos inter & capita vexatus ſpatiaretur. Reſtituta, qvamvis parum firmæ, ſanitati virgo non ſeneſcit. Factum vero, ut eſſe ſolet, epiſcopo Gudbrando æqve ac ipſi Thorchillo inimicorum nonnulli in vitium vertebant. Anna Cutarina regina Daniæ & Norvagiæ feſto Trinitatis Havniæ coronatur. Sigismundo regi Poloniæ religionem in Svecia mutaturo intervenit dux Carolus, armatam hoſtis manum viriliter expellendo, partis utriusqve conflictu paulo poſt in pacem converſo. Inundatio Tiberis die 19 Decembris magnum detrimentum Romæ intulit. Mediante papa, reges Hispaniæ & Galliæ pacem cum duce Sabaudiæ contrahunt. Finnlandia a duce Carolo occupatur. Hiſpani ducatum Weſtphaliæ tyrannicè invadunt. Navigando Javam Majorem & plura Indiæ regna petierunt Hollandi. Rex Hiſpaniæ Chriſtianus ſecundus die 15 Septembris animam exſpiravit.

Anno 1599. Tranſeuntes fretum Jarngerdarſtadenſe qvatuor homines aqvis ſubmerguntur. Navis mercatorum Germanicorum fracta, in oris ſinus Hrutafiördenſis per hiemem ſtetit. Hac æſtate in forum generale cauſſa Biörni Magnæi ultima vicê dijudicanda perducitur, in eo conſiſtens, qvod Oddniam filiam Jonæ Enaris Gunnſteinſtadis in Langadalo, ubi lares habuit, ablatam, patre abſente, unacum fratre Erico, qvi imponendo eandem in eqvum auxilium præſtiterat, ad patruum Titum Biörnonis filium Holtaſtados detuliſſet; paulo autem ante Jonas Magnæus cognomine Dan, in occidentali

urs Teits Biorns sonar. Var med Birne hanns bróder Eiríkur, sem stúlkuna sette á bak med Birne, enn hennar fader Jón var ekke heima; hafde nockru fyrr beded Oddníar Jón Dan Magnússon af Vestfiordum, og var hún honum heitenn; enn kynníng var á sogd med Birne og Oddnıu. Var þetta mál miog hátt reist af hennar fodur Jóne Einarssyne, sem og Magnússonum Jóne Dan og hanns brædrum. Reid Jóhann Buchhollt hyrdstióre nordur i land um sumared fyrer, ad þínga um þetta mál á Sveinstodum, voru þar og nockrer Magnússyner ásamt Jóne logmanne, sem og þeir brædur Biorn og Eríkur ásamt Teite Biornssyne. Geck so dómur þar, og þókte monnum hann hardmælltur uppá Biorn og hanns fylgiara, var og so mannhelges grein innsett í dómenn til ályktunar, er hlíder uppá þá menn er hlaupa áburt med egennkonur edur frændkonur manna, ad þeir seu óbota menn, og so þeir er þeim lid veita. Sídan á fyrerfarande sumre sigldu þeir brædur Biorn og Eríkur, einnen þeirra fodurbróder Teitur. Komu so út þetta sumar, og skodadu máled so á Alþínge, og nefner Þordur Gudmundsson logmadur þá 12 menn í dóm, um þau óbóta mál. Segia þeir sem Biorn Magnússon og hanns fylgare eru um klagader: í fyrstu segia þeir Johann Buchhollt hafe birt Kongl. Mayst. bref, ad kóngurenn baud honum ad láta ransaka á Íslande mál þessa Biarna, einnen hanns bródur Eiríks, einnen hafe þeim birst sú Supplicatia, sem þeir brædur hafe fyrer kóngenn bored, hver þeim virdez ei rett bevísaz í þeirre grein, ad Oddný Jónsdótter hafe vered trúlofud Birne, enn sídur hún være hanns festarmey, og lítez þeim hafa rángt fyrer kóngenn bóred. Í þridiu grein segia þeir fyrer sig komed hafe dómur Johanns Búchollts, er hann hafe dæma láted, med innsetníng þeirrar logmáls grein:

qvadrantis parte natus, virginem non absqve suffragio in uxorem petierat, existente ante, ut ferebatur, mutuo inter Biörnum & Oddniam amore: & hæc ratio est, cur pater Jonas Enaris filius, Jonasqve Dan & sui fratres tam strenuè caussam agerent. Sveinstados igitur, qvod in boreali insulæ parte situm est prædium, præfectus Johannes Buchholt, qvò filii Magni, Jonas nomophylax, unacum fratribus Biörno & Erico, & Titus Biörni filius etiam venere, proficiscitur, ubi sententiam licet non faventem Biörnoni ejusqve comitibus, superstructam tamen commati legis tutoriæ tulit, qvod de uxores aliorum sive fæminas iisdem consangvinitate junctas violenter auferentibus agit, reis nempe delicti nummis non expiandi, similiqve pænæ auxiliatoribus obnoxiis. Reversis in patriam Biörno & Erico itemqve patruo Tito, nam æstate antecedente peregrè profecti fuerant, in foro generali hoc anno, coram Thordo Gudmundæo nomophylace electisqve 12 assessoribus de delicto inexpiabili, veluti id vocant, cujus Biörno Magnæus ejusqve comites accusantur, deliberatur. Primo itaqve judices in medium proferunt, Johannem Bucholtum palam fecisse regiæ majestatis diploma, qvo causam Biörni fratrisqve Erici jubetur inqvirere. Secundo, se perlegisse supplicationem fratrum regi missam, qvæ eatenus probari non posse videretur, qvod promissa Oddnia Jonæ filia Biorno, multo minus ejus sponsa fuerit, unde falsum regi relatum. Tertio, se vidisse sententiam Joh. Bucholti, qvi ejus clausulæ inserendum hoc comma legis curaverit, qvod qvisqve, nimirum qvi in uxorum aliorum iisdemve consangvinitate junctarum fæminarum ablationis crimine offenditur, una cum auxiliatoribus reus sit delicti antedicti, conclusio autem judicii lati Biörnum

ar, ad hvorium sem ad slíkum óknittum verda kender, ad þeir hlaupa burt med egenkonur eda frændkonur manna, seu óbótamenn, og hverier sem veita lid til þess; enn áliktan seinasta dóms háfe so vered, ad þeir Biorn, Eiríkur, og Teitur Biorns son med þeirra fylgiurum, skylldu seker epter þeirre somu logmáls grein, sem flurtu og sóktu Oddníu Jónsdóttur frá hennar fødurs heimile, enn þeir hafe hverke nefnt þá útlæga ne óbótamenn. Enn þesser Alþínges dómsmenn segia, ad þad kome fram, ad stúlkann hafe ecke naudug vered burtflutt, helldur med hennar liúfum vilia, enn þad stande lióslega í logum, ad þeir seu óbótamenn, sem take konur naudugar med ráne og herfánge, hvert sem þeir tæke frændkonur manna edur dætur fyrer utan vilia þeirra manna, er forræde ega á þeim ad logum og so siálfra þeirra. Þar fyrer líst þeim ei þetta mál óbótamál, ne helldur útlegdar verk fyrer Biorn Magnússon; enn vegna þess Biorn hafe rangt mál fyrer kóngenn bored, leist þeim hann sína reisu forgefens fared hafa, og hann skyllde nú útlægur til kóngsens náda under slíka miskun og fridkaup sem kóngur vill giort hafa, enn Eiríkur skyllde hallda landsvist og greida kónge 10 merkur, enn Jóne Einarssyne fullrette, einkum fyrer þá grein: **hefde hann ecke arfborenn vered.** Epter þetta sigldi Biorn og feck qvíttun þessara mála bæde utanlands og innan, giftez sídan Oddníu, untuz vel, áttu born saman. [Dreckt konu á Backarhollte í Olvese, átte barn med tveimur brædrum, þeir frelsuduz og helldu lífe. O. E. S.] Fridericus son Christians 4da fæddur í Fridericsborg þann 15da Augusti. Fridur í trúarlærdómenum í Frankaríke. Christenna luckusamur framgángur í Ungaria. Hertoge Carl í Svíarike helldur herradag, og verdur ríkesens Gubernator. Kalmar inntekenn af hertoga Carl. Herradagur í Stockhólm, hvar

Ericum, Titumqve Biornæum & eorum comites, qvi memoratam Oddniam domo patris abſtulerunt, ejusdem legis pœnæ addixerit, non vero exilii aut inexpiabilis delicti reos eſſe ſtatuerit. Adducunt porro judices noſtri ſuperiores probatum eſſe, puellam non invitam ablatam fuiſſe, in legibus autem plenis litteris èxſtare, hos tantum, qvi raptim & violenter fæminas auferunt, ſive ſint filiæ, ſive junctæ conſangvinitatê, invitis prorſus ipſis earundemqve legitimis curatoribus, memoratum in ſupplicium implicari; qvàmobrem Biorno Magnæus tam ab exilio qvam perſonali pœna liber pronunciatur, verum, cum falſas relationes regi attuliſſet, expenſa peregrinationis nunqvam reſtituerentur, & jam eum exulem regem adire oportere, ejusqve gratiam implorare; Ericus vero, ſoluta regi 10 marcarum mulcta & Jonæ Einario plena ſatisfactione, qvietus in patria maneret, idqve ſecundum hanc (Juris) regulam: *Si ille plenos juris annos non attigiſſet.* His peractis, peregre profectus Biorno, abſolutionem totalem criminis nanciſcitur, inqve patriam redux Oddniam, ex qva inter mutuos amplexus ſoboles procreavit, in conjugem ſibi eligit. (Bacharholti Olveſenſi fæmina qvædam fratribus duobus, qvi ſalvi evaſerunt, concubina liberos pariens aqva ſuffocatur. O. E.) Chriſtiano 4to Fridericoburgi die 15 Auguſti filius Friderichus naſcitur. Religionem Galli tranqvillam conſervant. Fauſto Marte intra Hungariam dimicant Chriſtiani. Dux Carolus habito in Svecia conventu ſolenni regni gubernator evaſit, unde Kalmaria ab eobem occupatur. Celebrato Holmiæ conventu obedientiam Sigismundo regi promiſſam diutius ſervare renuunt ſubditi. Armata claſſis

underſátarner uppſegia kóng Sigismundo þeirra hlídne. Holl-endſker, og þeir ſem með þeim vóru í ſambande, útbúa móte Spønſkum og þar underliggiande eyum einn flóta, ſem voru 100 ſkip.

Anno 1600. Brotnade annað ſkip í Hrútafirde ſem hugde ſækia hid fyrra. Stóðu þá tvø ſkip þar, var mællt það være giørníngar galldra-kvinnu Þýdſkrar. [* Þann 14 Septembris giftez Ragneidur Pálsdótter audru ſinne Síra Sveine Símons ſyne prófaſte, hellt Hollt í Ønundarfirde, með ráde Ara Mag-núsſonar, hvern hún kiøre fyrer giftíngamann. Þeirra brúdkaup ſtód á Núpe í Dyrafirde, þau áttu nockur baurn ſaman, ſum dóu úng. Meiſtare Brinjúlfur var þeirra yngſte ſon, biſkup í Schálhollte, giftez Margretu Halldórsdóttur løgmanns. Síra Giſſur Sveinsſon var elldre, hellt Alftamýre í Arnarfirde. Hans kvinna Gudrún Finnsdótter. Þá Giſſur ſáluge Þórláksſon andadez, fyrre-madur Ragneidar, var Jón ſon þeirra 7 vetra edur 8ta, enn Magnús 2. vetrum ýngre.]

Doct. Niels Hemíngsſon deýr í Roſkild þann 23 May, þegar hann var 87 ára. Vardbergs ſlot byggez herlega á einum háfum klett. Greife Rantzow, ſídan riddare, verdur ſtat-holder. Kóng Chriſtians 4da bref um 400 dale til 4ra ſtúdenta utanlands, ad hallda árlega á hverre Kindelmeſſu í Kaupenhafn ad ſkyllde nidurleggiaz. Júbíl-ár í Róm með ſtór Solennitet, hvar páve Clementz 8de með einum gullhamre upplætur Ste. Peturs kyrkiu. Stríd millum greifa Mauritz og Albertum, Albertus flýde undan, greifenn helldur ſigre. Greife Alexander af Genue og hanns bróder villdu með ſvikum

*] Tillagt það ſem i parentheſi ſtendur af Síra Torfa Jónsſyne í Gaulver-iabæ.

navigiis centum conſtans, ab Hollandis iisqve ſociali fœdere junctis contra Hispanos & ſubjacentes inſulas paratur.

Anno 1600. Deductura domum priori anno navigium fractum oris Hrutafiordenſibus nunc altera navis illiſit, cauſâ, ut putant nonnulli, ſaga qvadam Germanica exiſtente. [*Nupi Dyrafiordenſium præpoſito Holtiqve Onundarfiordenſis paſtori, Svenoni Simonæo, Aro Magnæo, qvem elegerat ſponſa curatorem, concedente, nupſit Ragneidis Pauli filia vidua. Liberos aliqvot, qvorum nonnulli ex ephebis nondum egreſſi moriebantur, marito conjux peperit. Filius autem natu minimus Magiſter Brinjolphus, epiſcopus poſtea Skalholtenſis, Margaretam Halthori nomophylacis filiam in matrimonium duxit, cujus frater natu major Giſſuris paſtor Alftamyrenſis, qvod ſitum eſt ad ſinum Arnarfiord prædium, Gudrunam Finni filiam conjugalis tori conſortem fecit. Prior maritus Ragneidis, Giſſur Thorlacius de vita excedens, Jonam 7 vel 8, Magnum vero 5 vel 6 annos natos filios relinqvebat. Doctor Nicolaus Hemingius anno ætatis 87. die 23 Maji, Roſkildiæ, fato functus eſt. Arx Vardberg ſplendidè ſuper petram exſtruitur. Comes Rantzovius, poſtea eqves, regni gubernator evaſit. Edidit rex Chriſtianus 4us diploma, qvô Havniæ in uſum qvatuor ſtudioſorum, qvi peregre proficiſcerentur, qvotannis feſto purificationis Mariæ 400 imperiales jubet deponi. Annus Jubilæus Romæ magna pompa celebratur, aureo papa, Clemente 8vo, templum Sancti Petri malleo aperiente. Comes Mauritzius & Albertus non æqvo Marte pugnarunt, nam huic ille palmam præripuit. Inſidias Alexandri comitis de Genua & fratris ejus ſimul ac imminentem ſibi

*] Adſtrictum uncis additamentum, paſtor Torfo Jonæus Gaulveriabæenſis opuſculo huic inſeruit.

fyrekoma Kóng Jacob í Skotlande, enn kóngurenn fríadez med stórum jardteiknum. Fridur mille hertogans af Sophien og kóngsens í Frankaríke. [Sáz í Sikeley hrædelegur dreke, med sínum blæstre drap 15 menn. O. E. S.]

Anno 1601. Skiptape á Hópe (Hosi) í Grindavík, druckndu 9 menn. Jón Teitsson, sonur Síra Teits Helgasonar á Reinevollum, bónde á Járngerdastödum, skadade sig siálfañ med því móte: elldur kom í tiorn fyrer honum, hann vár ad skipa brædslu, og logade so allt á honum, lifde í tvær nætur. Hallur Magnússon skálld dó í brennevíns of-dryckiu. Kom þridia skip á Hrútafiord, sókte annad fyrra, þridia sundurdreged. Sorte á sólu um middegesleite. [Skede hrædeleg formyrkvan á sólunne á Magnús-messu fyrer jól, stód yfer lenge dags edur mest allann dagenn, so sólenn vard aull svort, sem bodade epterkomande óáran og hardinde, og strax med þeim dege skyptez um til hardenda. O. E. S.] Vestnade vedurátta, giorde hardinde, byriadez harde vetur, sá er kalladur var Lurkur. Þesse vetur var aftaka hardur um allt Ísland, almennelegur penínga feller, aunger menn mundu þvílíkann hárdenda vetur frá jólum og til Jóns messu, so þá vard hid fyrsta saud-gródur. Lá ís lángt fram á sumar. Grásleyse miked. Tók frá fisk fyrer nordann. Þetta kolludu menn kynia-ár. Þá komu einger logrettumenn til alþínges ur nordlendínga fiórdúnge saukum hardenda forfalla. Sýsslumenn ridu nordan Holltavorduheide til þíngs, sem voru: Jón Sigurdsson frá Svalbarde, er umbod hafde í Þíngeyar þínge, Benedict bónde hinn ríke frá Modruvollum í Horgárdal, er hafde Vodlusýsslu, Sigurdur Jónsson frá Reinestad, er hafde

*) Þad sem stendur í Parenthesi setur annad exemplar vid næst epterfylgiande ár.

mortem mirandum in modum rex Scotiæ Jacobus elusit. Rex Franciæ pacem cum duce Sophiæ contraxit. (Insulanis Siciliæ draco formidabilis apparuit, qvi exhalationibus spiramentoqve venenoso 15 homines interfecit. O. E.)

Anno 1601. Hopi (Hofi) Grindavichæ, novem instructa hominibus navis, periit. Jonas Titi Helgasonii pastoris Reinevallensis filius, Jarngerdastadis habitans, post acceptam a pice ignita lituræ navis destinata mortalem læsionem, exustis vestibus, biduum vixit. Hallus Magnæus pöeta, destillatis liqvoribus sepultus, animam eructavit. Veniens in sinum Hrutafiörd navigium, separatâ illa, qvæ primum fracta erat, illisam nuper navem domum deducit. Hora duodecima atro velamine sol obducitur. (Festum nativitatis salvatoris præcedente die Magno consecrato, formidabilis, qvæ picis instar nigrum solem reddidit, per magnam partem sive maximam diei durans, eclipsis contigit, imminentis annonæ caritatis & inclementiæ cæli, qvæ protinus seqvebatur, omen O. E.] (*Circa initium minacis, qvæ vulgo vocata est Lurkus, hiemis, tanta statim per totam insulam tempestas grassari cæpit, ut nemo huic similem meminerit, duravit enim a festo Julino ad illud Johanni Baptistæ dedicatum serie continuâ, non absqve universali pecudum strage, qvæ pascua ad hoc usqve tempus sterilia peragraverat. Glacies adhæc regionem undiqvaqve tota fermè æstate cingens, nuditatem pratorum, & piscium capturæ defectum propè littora borealia, comites habuit; unde inclementiæ nomen annus hic sortitus est. Tunc, ob angustias domi, nemo pedariorum ex boreali Islandiæ qvadrante forum generale petebat, toparchæ vero, nempe Jonas Svalbardensis, præfectus ditionis Tingöensis, Benedictus, herus opulentus, de Mödruvallis Horgardalensibus,

*] Parenthesi inclusa ad annum seqventem refert aliud Exemplar.

Skagafiardar sýslu, enn Jón Jónsson logmadur, sem hafde Húnavatns sýslu, kom fra Stapa, því hann hafde einnen Stapa umbod (allt og sýslu, þar med Þíngeyra klaustur og Húnavatns sýslu).

Tycho Brahe deýr til Prage 24 Octobris, offat sig vid keýsarans bord so hann sprack. Academied uppgefed fyrer pestilenziu í Kaupenhafn. Christopher Valkendorf hofmeistare deýr í Kaupenhafn 4de Januarii. Ostende umleggz sterklega af Spannskum. Pólenskt strídsfólk med miked lid innreiser í Svíaríke, enn útdrifed af hertoga Carl. Uppreisn í Englande af greifanum af Oster; hann sídan halshoggvenn 7 Martii.

Anno 1602. Byriadiz gódur vetur. Þá var mannfall so miked bæde í sótt og hallære. Tekenn af á Alþínge Biorn Þorleifsson fyrer kvennamál og svall, feck góda ydran. Biskupenn Herra Oddur áminte hann siálfur. Kvadde menn medhandabande ádur sig nidurlagde á hoggstofninn, og baud so aullum góda nótt, var hann med aullu óbundenn. Jón bodull, er hauggva skyllde var þá ordenn gamall og slæmur, og krassade í hauggunum; enn Biorn lág kyrr á grúfu, og þá 6 hoggenn voru á komenn, leit Biorn vid og mællte: hogg þú betur madur. Lág hann so grafkyrr, enn sá slæme skálkur krassade ein 30 hogg, ádur af fór hofuded, og var þad hriggelegt ad siá. Voru þá áminníngar giordar yfervaulldunum þeim verallдlegu, ad hafa orugga menn til þess embættis, so landed yrde ei ad spotte í þeirre grein. Brotnade feria Schálhollts stadar fyrer Grinda-

toparcha Vadlenſis & Sigur ¹us Jonæ filius, qvi ejusdem dignitatis officio Skagafiordenſis toparchiæ præerat, eqvitando, tranſeuntes montem Holtavörduheide, in locum citatum ſe contulerunt, Jona Jonæo nomophylace, cuſtode cænobii Thingörenſis, toparcha Hunavatnenſi & mandatario regio latifundiorum Stapenſium, expeditis ibidem negotiis, ex occidentali parte veniente). Inter menſæ cæſareæ accumbendum Tycho Brahe, viſicâ disruptâ, die 24 Octobris Pragæ finem vitæ impoſuit. Muſæ academiæ Havnienſis tranſitum peſtilentiæ aliqvamdiu tranqvillæ exſpectarunt. Havniæ die 6 Januarii Chriſtophorus Valchendorfius, ephorus aulæ, moritur. Oſtenda ab Hiſpanis firmiter obſidione cingitur. Exercitus magnus Polonum, in Sveciam profectus, a duce Carolo expulſus eſt. Excitans in Anglia tumultum comes de Oſter die 7. Martii decollatur.

Anno 1602. Alimentorum defectus & concomitans morbus, etiamſi hyems hæc non immitis eſſet, ingentem populi ſtragem ediderunt. Heluo Bacchi & in anfractibus Venereis oberrans Biörno Thorlevius, cum datis manibus felicem adſtantibus noctem optaſſet, & pænitentiam, mediantibus ipſius domini Oddi monitis, ſerio egiſſet, nullis adſtrictus vinculis in ſcamnum procidens, tortori Jonæ ſeneſcenti collum exporrexit, cui qvieto lictor ſexies a tergo ſecuri primum impegit, retorto autem capite monente Biörnone, ut virum cædendo ſe præſtaret, ictibus 30 officio neqvam tandem ſatisfecit. Viſu ſane horrenda exſecutio! qvæ anſam admonendi toparchas præbuit, ut viros expeditiores functioni huic præficerent, ne haberetur inſula hanc ob cauſam ludibrio. Cimba magna Schalholtenſis, 24 hominibus inſtructa e regione Grindavichæ periit. [Ante oras Thorkötluſtadenſes, qvod prædium

E 2

vík, druknudu 24 menn. [Drucknade stóra farma skiped Schálhollts stadar, á því 24 menn med einne stúlku, fyrer framan Þorkotlustade í Grindavík. Formadur fyrer því var Þoraren Stephansson, bróder Sira Hallkels Stephans sonar, sem var sídar á Seltiarnanese. Voru þeir flester jardader í bænhúsinu á Hraune í Grindavík. Laugdu þeir af Eyrarbacka fostudaginn fyrstan í Þorra í uppgángs land-nyrdíngs vedre, geck ad súk og myrkur, urdu grunt fyrer framan Þorkotlustade. Og sídan hefur ecke farma skip vered haft frá Schálhollte til Grindavíkur. O. E. S.] Dó Jóhan Bucholt utanlands, sem lenge hafde vered hyrdstióre yfer Islande. Kól 2 menn til dauds á Holltavaurduheide. Deyde Sigurdur bónde Jóns son á Reinestad þann 16 Septembris, sem var fimtudagur í ymbruviku; feck gódann og hægann afgang ad kvellde fyrer dagsetur, hellt Reinestad 25 ár. [Hans kvinna Gudnh dótter Jóns Grímssonar og Þóru Tómasdóttur. O. E. S.] Kom fyrst sú Danska sigling; hafde fenged af kónge hafnirnar. Urdu þá mikel og vond umskipte til kauphaunndlunar, þó passbref þeirra være aulln gott af kónginum gefed. Var þad 14 ára passe, skylde endaz 1616. Skyllde 3 borger hafa landed, Kaupenhafn, Helsingeyre, Málmey, og sigla uppá 20 hafner kríngum landed, fleire ef þurfa þækte; og koma so i hvoria hofn, sem passbref þeirra endudu, sem ádr.. haft hofdu, Hamborgarar, Bremsker, Lybsker og hvadan være; og getur kóngurenn þess ad hann þykiz án efa þenkia ad sliker kaupmenn hafe ei haft alliteð gagn af landinu, enn hann sæe giarnan ad hanns ríkis undersátar yrde helldur þess niótande, því þeir være so megande ad skipum og vauru, ad þeir gætu þetta ad ser teked. Skylldu þeir pligtuger vera ad forsorga Island med góda og ófalsada kaupmanns vauru, serdeiles

Grindavichæ eſt navis magna oneraria Schalholtiæ, cui præerat Thorarinus Stephani filius, frater Hallkeli futuri paſtoris Seltiarnaneſenſis, unacum 23 nautis, ſi puellam qvandam annumeraveris, qvorum pleriqve intra ſacellum Hrauni in Grindavicha terræ mandati ſunt, corruit. Hoc, ſcilicet tanto oneri vehendo & expeditioni par, ultimum erat cathedræ navigium, qvod, e portu Orebachenſi, vento ſupernante, procella & tenebris imminente, ſolutum, die circiter 21. Januarii memorati prædii ſyrtibus illiſit. O. E.] Johannes Bucholtus, qvi per longum temporis præfectus Islandiæ fuerat, peregre moritur. Vehementia frigoris, montem Holtavörduheide duos viros, morti, tranſeuntes, ſubegit. Die 16. Septembris, qvi erat 5tus hebdomadis qvatemporalis, Reineſtadis, ut 25 annos cænobio præfuerat Sigurdus Jonœus, (qvi uxorem habuit, Gudniam filiam Jonæ Grimsſonii & Thoræ Thomæ filiæ O. E.) ante occaſum ſolis placide obdormiit. Hoc anno mercatura cum Islandis ab Hamburgenſibus, Bremenſibus, Lubecenſibus, atqve aliis, ad Havnienſes, Helſingorenſes, Malmöenſesqve cives, translata eſt, ſed non ſine ingenti ſtatim noſtratium detrimento, absqve tamen omni regis intentione, qvi juſtas utriqve parti, in privilegio, qvod tribus hisce civitatibus 14 anniš dedit, utendo (ad 1616 ſcil. annum) conditiones ſtatubat. Jubet ibi inter alia rex, ut hi, finito decedentium mercatorum privilegio, (qvos eam negotiationem non ſine ingenti lucro exercuiſſe memorat, at ſibi magis placere, ſui-ipſius ſubditos, utpote ſufficienti navium facultatumqve copiâ inſtructos, eô frui) ſtato anni tempore viginti, & ſi opus poſtulet, plures naves mercatorias, in emporia inſulæ mittant; inſulam bonâ & utili mercê abſqve fraudatione ſuſtentare, imprimis farinâ, zythô, polentâ, vino, mulſo, aduſto, panno, lino, aliis-

miol, biór, mallt, vín, miod, brennevín, klæde, lereft, og annad þvi um naudsyniande. Alþídan mætte fá med mogulegu verde og christelegu, hvad þorf giordiz; enn være þad ei hallded, þá skyllde sá borgare, er þad giorde, svara kónginum þar fyrer. Þar næst skylldu þeir til landsins flytia ei annad enn kaupmañs vauru; enn hvad dugnadarlaust være, skylldu þeir ei híngad færa. Ei skylldu þeir helldur meiga hæcka verd á sinne vauru, epter sínum egen vilia, helldur skylldu selia hana, sem fordum hefde plagaz, epter gamallre vísu og landsins vana. Somuleidis skylldu þeir ei tídka adra alen, mæler, eda vigt í kaupum og saulum enn retta Íslendska alen, mæler og vigt. Enn verde nockur ágreiníngur mille nockurs kaupmanns og Íslendskra um slíka vigt, edur annad sem kaupmannenn áhrærde, þá skyllde kaupmadurinn skylldugur ad framselia sinn pundara, stiku edur hvad annad þad kynne ad vera, sem í soddann máta þyrfte leidrettíngar vid fyrer logmannenn og logrettuna í þeirre sýsslu, sem hofninn være, og skylldu hverutveggiu sig epter þeirra dóme retta. Einen skylldu logdómar ágánga skickanlega, ef kaupmadurenn ætte einhverium til ad tala; enn ei skylldu þeir med herfánge ógnan edur hripse, taka ad ser nockud, edur ser ei rett skicka. So og ad kaupmanne se ei tregdun giord í laga dómenum saker þeirra efna í herverunne. Þar næst skipar þeim ad hafa lensmenn landsens í ehru og agtan í aullum málaferlum. Einnen skipar þeim ad umgángaz vinsamlega og gódsamlega vid landsinns innbyggiara andlega og veralldlega, so einginn kynne med rettu þad ad anklaga. Þarnæst talaz um margslags biór, sem fyrre kaupmenn hafe til landsens flutt, hvad kóngurinn þá med aullu af skipar, og þesser skule til landsens flytia alleinasta Danskt ol, serlega gott bruggad og velsmackande, sem so være vel bruggad og

qve neceſſariis; plebi res neceſſarias pro æqvo pretio non negare; qvod ſiqvis privilegiatorum negligat, regi ſatisfactionem daturum; bonam tantum mercem in inſulam inferre, rebus vilibus vetitis; pretia rerum pro lubitu non augere, ſed in iis decernendis antiqvum tenere; Islandicâ duntaxat in commerciis ulnâ, menſurâ, libraqve uti; intercidente de tali librâ, ſive aliis ad mercatorem pertinentibus, controverſiâ, ſtateram, ulnam, ſive qvicqvid corrigendum ſit, coram ejus toparchiæ judice (nomophylace), qvi cum pedariis, partes diſceptantes judicio dirimat, in medium proferri debere; mercatorem, ſi qvid litis cum aliqvo incolarum habeat, lege agere, ſed minimè prædando, minando rapiendove injuriam vindicare; mercatorem actionibus forenſibus non impediri debere, qvo minus domum redire qveat; Præfectos qvoqve inſulæ in omnibus ad jura ſpectantibus rebus, debitâ obſervantiâ colere; In converſatione cum incolis, tam clerici qvam civilis ordinis, ſe comes amicosqve præbere, ut nemo de iis jure qveri poſſit; poſtea varia zythorum, qvæ priores negotiatores importâſſent, recenſentur genera, ſimulqve prohibentur, jubetur autem Danica jucundi ſaporis cereviſia, tantæ nobilitatis, ut in eorum, qvibus eam emendi facultates eſſent, gratiam, per integram hyemem absqve corruptione ſervari poſſit, in Islandiam inferri. Prohibet qvoqve rex, ut multos ſuorum, ne incolas, eos cum mercibus ſuis viſitantes, ad ebrietatem aut aliam laſciviam pellicerent, negotiandi cauſa hyemare hic faciant; ſed ſolum permittit, unum duosve, qvi hyemali tempore, in inſulanorum emolumentum, ſed neqvaqvam detrimentum, aliqvantulum exerceant negotiationis, in qvovis emporio relinqvere. Poſtea enumerantur emporia cuiqve trium civitatum conceſſa, jubenturqve viginti, aut

tilbúed, ad þad mætte geymaz óſkemt veturinn í gegnum fyrer þá ſem efne hefdu þad ad kaupa og betala. Sömuleidis bannar þeim ad hafa til epterlegu her í landinu fiølda ſinna undermanna um vetrar tímann, ſem landsfólked heimſókte med ſinne vauru, og gæfe efne til dryckiuſkapar edur annara ónytſamlegra hluta, helldur ſkyllde þeim leyfaz einn þenara edur tvo í hvørre høfn ad hafa, ad útretta þeirra erende og vera lítelsháttar, þar þeir læge, innbyggiurunum landſens til gagns, víſt færre til ſkada. Skylldu 20 ſkip til landſens koma árlega, og hafner upptalldar, hveriar hvør borg af þremur hafa ſkyllde, enn ef þaurf giørdiz ad fleire ſkip kæme, ſkylldu þeir til þeſſ ſkyllduger epter naudſynium, ſem þeim yrde þá af kónginum tilſagt. Skylldu þeir gefa fyrer hveria haufn 16 Juchum dale, og afhenda þá her lensmannenum, ádur hedan ſigldu, og taka hanns medkenníng, enn annars brióte af ſer veitínguna. Bref þetta endaz ſem fyrr ſeger, med fleirum adhníganðe greinum, ſem greint bref hermer.

Kóng Christian 4de ſigler um kríng allañ Norveg inn til Ryſlands. Hertoge Hans, kóngl. M. bróder, reiſer frá Kaupenhafn annann Auguſti til Moſcow, og deyde þar 28da Octobris, grafenn til Slabodde þann 28da Novembris. Fyrſtenn af Sophien, um nótt lætur uppleggia 200 ſtiga, og kemz yfer múrenn Gienive ſem fólked ſvaf; var einn partur í helſleginn, og annar partur fángadur af borgurunum.

Anno 1603. Deyde Gudrún Arnadótter á Grund í Eyafirde, kvinna Jóns Biornsſonar. Mannfall af fátæku fólke um allt Jſland af hardindum og ſullte. Geck og blódſótt, dó og mannfólk úr henne, maurgum taúgum nidur í hvørre kyrkiuſókn. Eyddus bæer. Item fiſkleyſe. Danſker komu í allar hafner; ecke

pluribus si opus sit navibus mercatoriis, prout rex mandet, insulam petere; pro qvovis emporio sedecim joachimicos solvere, & curare, ut qvovis autumno, anteqvam ipsi portu solvant, præfecto insulæ deferantur; seqve ejusdem apochâ munire; qvod si negligatur, privilegio privari. Plures eo facientes articulos habent litteræ privilegii, qvod annis 14, uti diximus, durabat. Rex Christianus 4tus oras Norvagiæ legendo, in Russiam navigio venit; cujus frater dux Johannes, Havniâ die 2do Augusti relictâ, in Moscoviam proficiscitur, ubi die 28. Octobris moritur, eodem mensis Novembris Slabodiæ sepultus. Sophiensis *) princeps murum urbis Genevensis per scalas, qvarum 200 muris applicaverat, summô conticiniô ascendit cum suis, qvorum pars occiditur, pars a civibus capitur.

Anno 1603. Gudruna Arnæa de prædio Grund in Eyafiordensi tractu, Jonæ Biörnonis uxor, obdormiit. Ingens annonæ caritas multos mendicantium per totam Islandiam famelicos absumsit; cui accessit qvoqve per insulam grassans hæmorrhois, qvæ tantam undiqve hominum edidit stragem, ut in qvavis parochiâ, prædiis qvibusdam omnino devastatis, ad multas decades enecaret. Vexavit præterea insulam magna piscium inopia. Mercatores Danici in om-

F

*) Sophien hic certe nihil aliud sibi vult qvam Sabaudiam vel ducatum Sabaudicum in Italia, & Gienive denotat Genevam vel coloniam Allobrogum, hoc enim anno dux Carolus Emanuel hanc Rempublicam adoritur.

halldeð kóngs bref, misgreiníngur með Íslendskum og kaupmaunn-
um. Drepenn kokkurinn í Hofsós af kaupmanninum Jacob
Vynoch. Brotnade þar epter kaupskipið í spón, náðiz góts. Let
Jón Sigurðsson frá Reinestað, sýsslumaður í Skagafirðe, taka
Jacob Vynoch, og þíngaðe um hann á Vallnalaug, dæmdur
fram̃ og hanns mál, siglde á Akureyre. Þetta kallað blóðsóttar
ár.

Fæddur Christianus 10da Aprilis, annar son Christians
4da í Kaupenhafn, sem síðar var útvalenn til Danmerkur og
Norvegs konúngs. Kóngsins í Skotlande skrift um furstanna
uppfræðíng útgengur, kónginum óvitande. Jacobus 6te. kóngur
í Skotlande afleggur allar comediur um sunnudaga. Þeir af
Genive innfalla í Sophien. Drottníngin af Englande kallar á
sinne sóttarsæng kóng Jacob í Skotlande til Englands kóngs
epter hennar dauða. Deyde drottníng Elizabeth þann 24 Martii
[á 65 áre síns allðurs enn 45 síns ríkis, gaf mannlegt an-
svar 3 legatum á einum dege serhvorium í sínu móðurmále,
Látínu, Fraunsku og Italiensku. O. E. S.] Jacobus 6te út-
hrópaz af aullum, að vera kóngur í Englande, hvað og skeðe.
Hertug Ulrich í Mekelborg deyr. Margreisenn af Brandenborg
deyr, Gregorius Friderichus þann 6. Aprilis.

Anno 1604. Geck blóðsottin, fellu yferferdar-menn. Hluta
vetur syðra. Fiskleyse fyrer norðan. Kom ís. Rak hvale Sel-
reke mikell. Þetta var kallað Eymdar ár. Á þessum tveimur
fyrerfarande haurðu árum með því fyrsta haurku árinu, sem
mest underbió, fellu í Hegranesſ þínge 8. hundruð manna, það

nes portus devenerunt, qvi privilegii sui limites excedentes, ortis postea cum incolis controversiis ansam dederunt. Mercator Hofsosensis Jacobus Vynoch coqvum suum interficit. Postea navis mercatoria scopulo in portu allisa, frangitur; sed, qvæ in ea erant, opes ope hominum servabantur. Jonas Sigurdæus Reinestadensis, toparchiæ Schagafiordensis judex, postqvam Jacobum Vinoch comprehenderat, constitutô ad thermas Vallna-laug foro, decrevit, ut de ejus causa coram tribunali regis ageretur; qvi in navem Akureyrensem impositus, in Daniam mittitur. Annus hic â grassante hæmorrhoide denominatur. Die 10. Aprilis Christianus, regis Christiani 4ti secundus filius, Havniæ nascitur, qvi postea Daniæ Norvegiæqve rex eligitur. Regis Scotiæ libellus de Educatione principum, insciô regê, in publicum prodiit. Jacobus 6. Scotiæ rex comædias diebus dominicis abrogat. Genevenses in Sabaudiam irruptionem faciunt. Elisabeta Angliæ regina, lethali morbo correpta, Jacobum Scotiæ regem successorem in regno eligit, & postea die 24 Martii occubuit [anno ætatis 65. regni 45. Hæc tribus legatis eodem die, in maternâ cuiqve lingvâ, Latinâ scilicet, Gallicâ & Italicâ, viriliter responsa dedit. O. E]. Jacobus 6. rex Angliæ ab omnibus proclamatur, creaturqve. Dux Megalopolitanus Ulricus itemqve Marchio Brandenburgensis hoc anno obierunt; Gregorius Fridericus die 6. Aprilis fatis cessit.

Anno 1604. Hæmorrhois adhuc sæviit. Mendicantes fame perierunt. Australis qvadrantis incolæ opima piscium capturâ gaudebant, qvæ parca nimis Aqvilonares pressit. Concreta ex oceano glacies oras nostras infestavit. Balænarum phocarumqve ingentem numerum mare in littora evomuit.

þad var bæde yferferdafólk og fátæker barnamenn, sem inne lágu. So hafa menn reiknad, ad um allt Ísland hafe á þessum 3 árum falled 9000 manna. A Skinnastaudum í Asum í Húnavatns þínge skadade kona sig á liáum til davds, reid frá smidiu, fell af bake.

Kónglegt mandat í Danmörk, ad eingenn stúdere í Jesuitiskum skólum. Ein ný stiarna sien í Octobri mánude. Kóng Christian 4de reiser til Biorgvinar, ad halda herradag. Kóngurinn í Englande kemur til Lundún med stórre kónglegre pragt. Jacobus 6te kemur í stóru Britannia, og er hann hafde um hríd kóngur vered, lætur hann burtvísa Jesúitum og Pápiskum prestum af sínu ríke, hvorier nockrum sinnum med svikum haufdu leynelega seted um hanns líf. Fabula um einn Júda, þar skyllde lifa sídan Christi daga. Hertog Carl í Svíaríke stríder í mót Líflande, og leggz um Vittestein. Ostenda inntekz af Spínola og þeim Spaunsku, epter ad þeir haufdu leged þar fyrer 3 ár. Fridur millum Spanien og Englands.

Anno 1605. Vetur hardur. Hluter í útvernm litler, fyrer nordan eingenn fiskur. Is kom mikell, hann kom fyrer avstan land, rak allt umkríng ad avstan og sunnan ofan fyrer Grindavík um vertídar lok. Rak undan 2 vertídarskip under Jokle. Deyde sá fróme sæmdarmann Benedict bónde hinn ríke Halldórsson ad Modruvollum í Horgárdal, it. Gunnar bónde Gísla son ad Vídevollum í Skagafirde. Heingder 2 þiófar vid Blaundu á Svarthamre. Sen hvítur hrafn lenge sumars í Skagafirde, í Hofsós og Oslandshlíd, villde Hr. Gudbrandur láta ná haun-

Hic annus a miſeriis nomen accepit. Tribus hisce præteritis annis, qvorum primus frigoris vehementia rem præparavit, 800 utriusqve ſexus homines, tam ex mendicantium ordine, qvam eorum, qvi pauperes numeroſam prolem & certas habuerunt ſedes, in ſolâ Hegraneſenſi toparchia perierunt, & calculo inito, novem hominum millia tribus hiſce annis per totam Islandiam eodem fato interierunt. Schinnaſtadis in tractu Aſenſi, intra toparchiæ Hunavatnenſis limites, fœmina eqvô delapſa, falcibus fænariis, qvas manu tenebat, necatur, cum a fabrica tenderet. Rex Daniæ edicto cavet, neqvis in ſcholis Jeſuiticis ſtudeat. Nova qvædam ſtella menſe Octobri apparuit. Rex Chriſtianus 4us Bergas, comitia acturus, proficiſcitur. Rex Angliæ magnificâ regiâ pompâ Londinum pervenit. Jacobus 6. Magnæ Britanniæ ſceptra capit, qvibus cum aliqvamdiu potitus erat, Jeſuitas clerosqve papiſticos, qvi aliqvoties vitæ ejus clam inſidiati fuerant, relegandos curavit. De Judæo qvodam, qvi a tempore Chriſti hucuſqve vixerit, fabula ſeritur. Carolus Sveciæ dux Livoniam oppugnans, Vitteſteinum obſidione cingit. Oſtenda, poſt trimam obſidionem ab Hiſpanis, duce Spinolä, tandem occupatur. Pax inter Hiſpanos Anglosqve ſancita eſt.

Anno 1605. Hyems inclemens. Piſcaturæ incumbentes parum capiunt, & in boreali Islandia plane nihil. Ingens ex oceanô glacies, orientalibus oris primum appulſa, ſub finem piſcaturæ temporis, occidentem verſus, e regione uſqve Grindavichæ, propellitur. Naves duæ, cum nautis piſcatoribus, ad montem Snæfellsjökul, procella a terra longius actæ, perierunt. Benedictus herus opulentus Haltoræus Mödruvallis in Hörgardalenſi tractu, vir ſpectatæ virtutis, diem ſuum obiit. Sic qvoqve Gunnerus herus Gislonides Videvallis in tractu

um í nete, og vard ei, hefur hann komed á ís frá Grænlande edur Nordur-oræfum.

Þriú kóngsins skip af Danmörk, epter þad þau haufdu funded Grænland, komu til Kaupenhafnar, eitt þann 28 Júnii, annad 7da Augusti, haufdu med sér 5 menn og nockra grænlendska vauru. Brúnsvík umleggs af Henrich Júlio. Sá Spanske flote yferunnenn af Hollendskum. Kóngsins bref af Englande móte sió-reifurum. Riga í Líflande umleggs af hertoga Carl. Sigesmundus kóngur í Pólen tók sinnar daudu húsfrúr systur til egta, sem var Archiducis Græciensis dótter. Páve Clemens 8de deyr þann 5ta Februarii. Epter Clemens 8da útvalenn Leo 11de 1. Aprílis, dó þann 26ta edur 27da sama mánadar. [Deyde Síra Einar Hallgríms son 76 ára. O. E. S.]

Anno 1606. Kom út híngad fyrer alþíng hyrdstióre Herluffda. Hann sende strax vestur til Stapa mann epter Jóne logmanne, þad hann kæme strax til fundar vid hann, hvad Jón løgmadur giorde, reid í snøggum svip sudur á Nes, var hann þá ordenn stirdur madur til fóta og annara burda, hann kom til Bessastada um kvølld, og var fast drucked, því Herluffda hafde gott og ríslegt hofdíngs sinne til veitínga. Enn um morguninn var Jón Jónsson løgmadur *] andadur í sínu tialde, sem stód vid kyrkiugardinn þar á Bessastaudum, lágu menn hanns sofande kríngum hann, enn Daunsk kona kom í tialded, og sagde til, var hann þá andadur, var Jón løgmad-

*) Jón løgmadur dó á Jóns-messu, siøtugur ad alldre. Sumer segia hann hafe í koddanum kafnad druckenn.

Skagafiördensi moritur. Duo fures in monticulo Svarthamar, ad fluvium Blanda sito, suspenduntur. Hac æstatê corvus colorê albô in Hofsos Oslandshlidaqve, in Schagafiördensi tractu, non raro visus est, episcopô Gudbrandô ei frustra insidias struentê, qvem de Grönlandia sive alio septentrionis remotissimo loco cum glacie advenisse, mihi fit verisimile. Tres regis Danici naves, postqvam de novo Grönlandiam invenerant, una mensis Junii die 28, altera die 7 Augusti, portum Havniensem ingressæ sunt, qvinqve ex incolis & mercem qvandam Grönlandicam adferentes. Brunsvicha ab Henrico Julio obsidione cingitur. Classis Hispanorum a Batavis superatur. Rex Angliæ adversus piratas edictum facit. Dux Carolus Rigam Livoniæ urbem obsidione claudit. Rex Poloniæ Sigismundus defunctæ uxoris sororem, qvæ archi-ducis Græciensis filia erat, sociali sibi fædere jungit. Nonis Februarii papa Clemens 8us morte absumitur, cui Leo 11us, ipsis calendis Aprilis, electionê successit, ejusdem mensis die vicesimo sexto septimove exstinctus. [Dominus Enarus Hallgrimæus, annos 76 natus, obiit. O. E.]

Anno 1606. Præfectus, cui nomen Herlufda, ante tempus comitiorum in Islandiam venit. Hic, misso mox ad Stapum, in toparchia Snæfellensi, nuntio, Jonam nomophylacem ad se accersit, qvi, etsi ætate debilitatus, dicto protinus audiens, magnis itineribus ad Bessastados proficiscitur. Qvo ut vespere qvodam venit, a præfecto, viro magnificentia claro, vino liberaliter excipitur. Seqventi vero mane in tentorio, qvod ad cæmeterium posuerat, ab ingressa Danica qvadam fœmina*) exanimis reperitur, famulis ab utroqve latere dormientibus. Cu-

*) Jonas nomophylax ipso Johannis Baptistæ festó, septuagenarius, decessit. Alii eum vino oppressum, interclusa pulvinari anima, exstinctum esse perhibent.

ur sídan grafenn í kór þar virduglega, og hanns líkkista sett nidur hiá kistu hirdstiórans Páls Stígs sonar, er þar var grafenn fyrer 40 árum. Þordur Gudmunds son sagde af ser lögmanns dæmid fyrer elle saker. Kiorenn Gísle til lögmanns, sonur Þordar lögmanns, fyrer sunnan og avstan, enn um lögmanns dæmid fyrer nordan og vestan voru 4 í kiörunum, Biorn Benedicts son, Jón Magnús son elldre, Are Magnús son og Jón Sigurds son, og hast hlutfall, hlotnadiz Jone Sigurds syne, bródursyne þess hinns fráfallna. Aftekenn madur á alþínge, Biarne ad nafne, falled med systrum. Brotnade skip í Grindavík Danskra, rak mest allt gótsid til hafs. Þann 23 Augusti sáz vígahnöttur, hvor er hrapade frá nordre til sudurs. Páll Gudbrands son feck Þíngeyra klaustur og Húnavatns sýsslu. [Midvikudaginn nærstann fyrer Þorláksmessu andadiz Yngebiorg Þorsteins dótter kvinna Þormóds Asmunds sonar í Brædratúngu. O. E. S.]

Epter kóngsins befalníngu gáfu þeir hálærdu í Kavpenhafn frá ser þeirra meiníng um særíngina í skírninne, fyrer kónginn. Kóng Christian 4de gaf til háskólans eitt kostulegt sigurverk, sem vísade bæde plánetanna og stiarnanna gang, og stendur í sínu serlegu húse. Kóng Christian 4de med 7 skip útsilgde þann 10 Júnii frá Kavpenhafn til Englands med miklu faurúneyte og kónglegre prakt, ad finna kóng Jacob og sína systur drottnínguna. Kom í England 13 Júlii, kom aptur þadann til Helsíngia-eyrar med heilbrigde þann 24 Augusti. Þeir Persar aflífa 30000 Tyrkia. Fridur mille keýsaranns og Tyrkianns 20 ár framgengur 9 Novembris. Þriátíu og sex tun-

jus deinde cadaver loculis inclusum, in interiore templi Bessastadensis parte, apud Pauli Stigi filii *præfecti*, 40 ante annos ibidem conditas, reliqvias, honeste terræ mandatur. Theodorus Gudmundi filius nomophylax officium, cui ætatis causa se imparem agnoscebat, ultro deposuit. Hujus filius Gislo australis orientalisqve nomophylax eligitur; borealis vero & occidentalis nomophylacatus qvatuor erant candidati: Biörno nempe Benedicti filius, Jonas natu major Magni filius, Arius Magni & Jonas Sigurdi, defuncti nomophylacis e fratre nepos, qvi ultimus, jactis sortibus, munus obtinuit. In foro generali Biarnus qvidam, ob commissum cum sororibus duabus incestum, supplicio affectus est. Mercatores Danici in Grindavicha navem suam fregerunt, maxima oneris parte vi ventorum in mare longius abacta. Die 23 Augusti meteoron ignitum, (draco volans) in aëre apparens, austrum versus tendere, & mox decidere, visum est. Paulus Gudbrandæus monasterium Tingörense Hunavatnensemqve toparchiam a rege administrandam conseqvitur. [Die Mercurii, festum divi Thorlaci proxime præcedente Jngebiörga Thorsteinæa, Thormodi Asmundæi Brædratungensis conjux, in vivis esse desiit. O. E.] Viri Havniæ doctrina præcellentes suam de usitato in baptismo exorcismo sententiam, scriptam, regi ex ipsius mandato exhibuerunt. Rex Christianus 4. academiam horologio perqvam pretioso, planetarum stellarumqve cursus indice, ornavit, qvod in singulari asservatur conclavi. Hic, die 10 Junii, magnifico comitatu regiaqve pompa, septem instructus navibus, Havnia solvens, in Angliam, regem Jacobum reginamq; sui ipsius sororem conventurus, proficiscitur, qvo die 13 Julii pervenit. Unde reversus, die 24 Augusti, salvus sanusq; Helsingöram vidit. Persæ triginta Turcarum millia occidunt,

ur púdurs settar under parlamented í Lundún af pápiskum, þar med ad deyda kónginn og rádid, openberaz, og forrædararnir straffaz. (Til Amsterdam í Hollande fædde ein erleg kvinna stúlkubarn med svíns hofde. O. E. S.)

Anno 1607. Kom Herlufsda út med kóngs bref, ad veita lífs-bref landsmaunnum fyrer kóngs lenum. Reid Herlufsda nordur í land fyrer alþíng til Hóla, og med haunum bónde Biorn Benedicts son, ad reka nockur serleg kóngs eyrinde vid Hr. Gudbrand, epterleifar af misgreiníngum Jóns fráfallna løgmanns og biskupsins. Sídan reid hirdstiórinn þadan sudur Kiol og í Skálholt, þadan til alþíngis. Sáz ormurinn í Lagarflióte avstur, med þremur bugtum so háum, ad madur med langbopnum mátte underganga, hefde á lande vered. Lestiz skip Grindvíkínga, undu upp og bættu.

Kóng Christian 4de reiser til Stafangurs til herradags Nordskra. Ordinantian gengur á prent. Af predikunar stólnum í Kavpenhafn forboded, ad einginn skule borga Stúdentum vín ellegar annann dryck epter þeirra navdsyn, utan þeir vilie missa þeirra tilstandande gialld, 20 Júlii. Vatnsflód burttók í Englande bæde menn og fe miked.

Anno 1608. Skiptape á Hópe í Grindavík, drucknudu 10 menn, mánudagenn epter Pálmadag. Vetur var miøg gódur, spillte med sumrinu, kom þá ís og mikil hardinde. Lá ís fram til Jóns-messu. Brende ein kona barn í graptar katle

Die 9 Novembris pax per 20 annos inter imperatorem Turcasq; ſancitur. Papiſtici triginta ſex tonnas, pulvere tormentario repletas, ſub ſummâ curiâ, Parlamentum vocant, Londini poſuerunt, ut regem ſenatumq; ea rê e mediô tollerent, ſed, fraude prius detectâ, proditores debitam luebant pænam. [Amſtelodami in Hollandiâ honeſta fæmina infantem puellam capite porcino enixa eſt. O, E.]

Anno 1607. Præfectus Herlufda, feuda incolis conferendi poteſtatê ab ipſo rege inſtructus, & in Islandiam miſſus, ſtatim poſt adventum ſuum Holos in boreali parte, aſſumto ſibi in comitem Biörnone herô Benedicti, eqvo proficiſcitur, reliqvias litis defuncti nomophylacis Jonæ epiſcopiq; Gudbrandi vice regis compoſiturus. Hinc viam montanam, Kiöl dictam, ingreſſus, primum Schalholtum inde forum generale acceſſit. Monſtrum in flumine Lagarfliot, in orientali Islandiâ ſito, tribus tantæ altitudinis ſinubus apparuit, ut homo, haſtâ inſtructus, ſub iis rectus ambulare poſſe videretur, ſi in arido eſſet. Mercatoris Grindavichenſis navis qvaſſatur, inq; terram levata reſarcitur. Rex Chriſtianus 4. Stavangriam ad comitia Norvegica proficiſcitur. Ordinatio eccleſiaſtica typis impreſſa eſt. Die 20 Julii Havniæ prô ſacris roſtris promulgatur interdictum, neqvis vinum aut alium potum ſtudioſis mutuo det, ni mercedem amittere velit. Eluvies aqvarum, hominibus æqve ac pecoribus exitialis, Angliæ damnum attulit.

Anno 1608. Die lunæ, qvæ Dominicam Palmarum ſeqvitur, in Hopi in Grindavichâ navis, 10 inſtructa viris, undis ſubmergitur. Hyemem mitiſſimam æſtas ſatis ſæva excepit. Glacies, qvæ ſimul oras noſtras attigit, ante feſtum Baptiſtæ non diſceſſit. Fæmina Gudruna Thorſtenæa, in topar-

nordur í Þíngeyar Þínge, het Gudrún Þorsteinns dótter, hún feck ydrann, var brend. Þorbergur og Sigurdur Hrólfs syner voru sýsslumenn þar. Rignde orme vida miog, mest fyrer avstan, eydde tvo Bæe. Sór Þórdís Halldors dotter eid fyrir alla menn, og var þá med barne, hún var til heimilis á þeim bæ Sólheimum í Sæmundarhlíd, hiá Thómáse Bodvars syne hennar systurmanne. Deyde sá fróme heidursmann Hákon bónde Arnason.

*) Christian 5te útvalenn til kóngs yfer Danmerkur og Norvegs ríke 27. Maji. Churfurst í Brandenborg Joachim Friderich, fader drottníngarinnar Anna Chatarina, deyr þann 18. Júlii. Epter hann kom hanns son Johan Sigismundus. Hertug Friderich af Wittenberg deyr til Stutgard þann 29 Januarii.

Anno 1609. Vetur i medallage frá jólum. Hlutaleyse í útverum. Skipskadar, tveir sexæríngar, annar á Akranese, annar á Alftanese, 6 menn á hvoriu. [Skiptape fyrer Eyasande, drucknudu 5 menn, einn af þeim var Simon, hálfbróder Síra Sveinns Simonar sonar í Hollte í Onundarfirde.] Drucknan Dada Arna sonar, Wigfusa Bodvars sonar, og Síra Jóns Jóns sonar (er kalladur var Prime) af Siglunese í Hravna óse. Hann sagde fyrer hvar hann munde liggia í Bards kyrkiu, þá hann reid út um þann sama dag. Skridur fellu vída, og snióflód á bæum. Ad Leifstaudum í Svartárdal þann 10 Februarii tók hálfann bæinn og fiósid, þó ecke allt, letuz 5 menn. Búandinn med sinne konu lág í badstofu, það hús stód kyrrt. J skála aundudnz 4 menn, hión þaug er ecke haufdu fulla viku

*] Þetta setur Hans Ranson vid annum 1607.

chia Tingöensi, infantem in ollam, ferventi pulmento plenam, immersum, necavit, qvæ postea, acta pænitentia, vivi comburio punitur, Thorbergo Sigurdoq; Hrolfi filiis ejusdem toparchiæ judicem agentibus. Passim in Islandia, maximè in tractu orientali, ubi lues hæc duo vastabat prædia, ericis pluit. Thordisa Haltoræà, qvæ Solheimis, in tractu Sæmundarhlid, apud Thomam Bödvaræum sororis suæ maritum agebat, jam tum gravida, juramentô, se intactam esse virginem, confirmavit. Haqvinus herus Arnæus, vir magnæ probitatis, è vita decessit. *) Die 27 Maji Christianus 5, rex Daniæ & Norvegiæ designatur. Elector Brandenburgensis Joachimus Friderichus, Annæ Chatarinæ reginæ frater, die 18. Julii fato suo functus est, successorem relinqvens filium Johannem Sigismundum. Die 29. Januarii dux Wittenbergensis Fridericus Stutgardiæ moritur.

Anno 1609. Reliqva a festo Juliorum hyemis partê aër se mediocrem exhibuit. Exigua admodum piscium captura incolis contigit. Triremes duæ, una de Akranesia, altera de Alftanesia, sex qvævis instructa nautis, undis perierunt. [Ad oram Eyasandum navicula, 5 nautis instructa, qvorum unus erat Simon, domini Sveni Simonæi Holtensis in Onundarfiördô pastoris frater uterinus, aqvis obruta est] Aqvis qvoq; immersi sunt Dadus Arnæus, Vigfusus Bödvaræus & Jonas Jonæus, (cognomento Prinne) Siglunesensis pastor, qvi in ostio Hraunensi suffocatus est. Hic eô ipsô die abiens, præsagâ lingvâ locum in templô Bardensi, sibi in sepulcrum destinatum, indicavit. E montibus ingentes lapidum nivisq; moles passim devolvuntur. Qvod malum primo diluculo diei 10. Februarii, dimidiam villæ Leifstadi in Svartardalensi tractu

*] Hæc ad annum 1607 refert Iohannes Nansonius.

saman vered, barn og pilltur, og vinnukona í fióse, ecke uppstadenn um morguninn. Brotnade kavpskipid í Grindavík í spón, góts ádur í land komed. Brotnade og skip Hafnfirdínga sudur fyrer Garde, nádiz góts, haft sídan skipid í Hafnarfiord og uppunded, stód þar um veturinn, bætt so um sumarid epter, og siglde fram. Kom Herlufsda med nockur kóngs bref út, 1. Pad leysaz mættu inventaria klavstranna, 2. ad sýsslumadur være í Westmanna-eyum, 3. ad logmenn væru í æru og aktan hafder, 4. þad einginn davdur uppgrafiz á Islande, sem giort hefde vered vid Svend Loka. Þórdísar mále skoted á frest til annars alþíngis. Vetur stórfiúkasamur til jóla, med laungum hrídvidrum, fellu snióflód vída, þrír menn urdu under snióflóde á Urdum í Svarfárdal, tveir í Langadal. It. vard úte madur í Slettuhlíd á jóla nóttina. Gengu stórfiúk í viku um Andris-messu leite. Lestiz þá kyrkian á Hólum 2an Decembris, geck nærre 3 álner úr farveg sínum. Sáuz 6 sóler á himne. Brann fiárhúsid og fed allt, 120 savder, í Brennuborg í Skagafirde, skar datt af lióse.

Deyde Þórdur logmann Gudmunds son [giorde ádur sitt testamentum gudrækelega.]

11 um nóttina, drucknade í Kaupenhafn kóngsins hofmeistare Frans *) Ranzon í dýke stadarins. Item á þennann dag brañ til Kaupenhafn hid besta kóngsins brugg-hús. Svensker sendu til Kaupenhafnar, vildu ad Christian 4de være þeirra Schútz-herra edur ad audrum koste Printzinn, enn Danmørk vilde hvorugt þetta samþyckia. Soddan tilstand sem þar var, hafde ei vered sídan Þýdskaland bygdiz. Hvar sem hvorer nádu til, þar var brennt og brælt, spillt og fordiarfad, og nýu lide safnad.

Anno 1633. [Brinjólfur Sveins son Islendíngur var Conrector í Roskild, ferdadiz til Kaupenhafn þadan, og vard Magister, fór sídan til Roskild til saumu bestillíngar. M. B. S. S.] §) Vetur aftaka hardur um allt Island. Hrun og nidurfall peninga, og þegar á Jólum dóu peníngar, sem voru færleik-ar. Giorde spillíngar blota. Hey-leyse allstadar. Eckert fólk komz ad siónum fyrer ófærdum snióanna fyrer sud-austan. Ecke vard vitad kyrkna fyrer ofhrune snióanna hvorke af prestum ne sóknarfólke, og ecke vatnad peníngum nema eitt sinn í viku á sumum bæum. Menn komuz valla nülle fe-húsanna og bæanna. Fiár-húsin fennte med fiánum, og urdu ei funden. Feñte og hraunnum peníngin, hundrad hesta judur á Kialarnése, item taled 12 hundrud kúa úr Borgarfirde og austur ad Rangá dáed hefde, einnen 153 færleikar under Eyafiaullum. Var og mælt, ad í Skálhollte hefdu epterlifad 7 færleikar. Var og einnen sagt hrun af hestum, nautum og sauð-fe vestur um sveiter.

*) Ranzow.

§) Þesse vetur var kalladur Hvíte-vetur, og kom á hálfre-annáre viku fyrer Jól.

Frans *] Ranzon, ephorus aulæ regius, in fossa Havniæ interivit. Eodem die Havniæ optima regis cella vinaria deflagravit. Sveci legatos Havniam mittunt, regem Christianum 4. & sin minus Principem Hæreditarium, dominum tutelarem agnoscere volentes; Dania autem neutram hanc conditionem accepit. Talis status tunc erat Germaniæ, qvalis post homines natos non fuerat. Utraq; pars omnia ubivis, qvoad pertingere licuit, ignibus dedit, evertit, copiasq; novas comparavit.

Anno 1633. [Brinjulphus Svenonis filius Islandus, Roskildiâ relictâ, Havniam proficiscitur, ubi Magistri charactere honoratur; qvô facto, reversus, munere fungitur. M. B. S.] §] Hiems per totam Islandiam inclementissima armentis & jam dudum circa Festum Natalitium eqvis pernicialis. Ad hæc non parvum fecerunt crebræ regelationes fœniq; ubivis inopia. Nulli per regionem evro-australem in loca marina præ nimia nivium congerie se recipere potuerunt. Hanc ob rem nec parochis aut parochianis templa licuit freqventare, neq; boves in aliqvot villis nisi semel per qvamlibet hebdomadem aqvari. Vix inter domus & ovilia ire licuit. Ovilia cum pecudibus nix alta operiebat, ne possent inveniri. Æmula qvoq; nix fuit armentorum, qvæ catervatim suppressit, & in Kialarnesia centum & viginti eqvos. A tractu occidentali Borgarfiörd usq; ad flumen orientale Rangá numerabantur 1440 vaccæ & sub montibus Eyensibus 153 eqvæ, qvarum hoc malum mortem acceleravit. fama fuit, Skalholltiæ septem eqvas tantum fuisse superstites. Dixerunt etiam magnum numerum armentorum simul ac pecudum in oris

Z 2

*] Ranzow.

§] Hæc hiems, Candida vocata, venit sesqvi septimana ante Festum Natalitium.

[Í annare viku Þorra kom so mikell sniór, ad hesta kaffennte á slettum velle. Eingenn madur munde þvílíkt snió-fall. Fe og hestar átu tre og torf-vegge, og jafnvel hvad annad sem dáed vqr. O. E. S.]

Gras-sumar líted, góð vedur-átta. Land-skiálfte sydra, hrundu bæer í Olvese, ei sakade menn ne peninga. Îs kom á Þorra, lá allann veturin, og fram allt nær ad Jóns-messu. Eingenn asle nein-stadar á ísum. Skútu-skipid úr Selvoge forgeck í Herdísarvík, drucknudu 14 menn. [Þad stóra skip tólf-æríngur, kallad Skúta, forgeck á Auskn-daginn, hafde lenge fylgt Straund í Selvoge, og vered smídad upp hvad epter annad, og alltíd halded heilla-skip, feck ætíd góda land-tauku, þó þad lendte seinast af aullum skipum. Formadur þess Gudmundur Peturs son lagde frá þess vanalegre lendíngu úti Herdísarvík, forgeck þar med 15 maunnum. Þad átte þá Hákon Biarna son í Nese. Þá nótt láu úte 2 skip í Selvoge, komuz af. A audru þeirra var Síra Jón Páls son. O. E. S.]

Vestan-vedur miked 2. dag Martii, hrauktuz fén allvída, fórz og af þeim, láu og menn úte, skaududuz eige. Formyrkvan túngls. Sáz fióriun sem blód vid Vestmannaeyar, sem fyrr hafde sked fyrer avstan, ádur Tyrkiar komu og ræntu þar. Aunduduz þær tvær systur, dætur Biorns bónda Benedicts sonar, Gudrún, sem átte Hr. Gísle Odds son biskup, þad barnlavs, voru saman 11 ár, og Sigrídur á Mársstaudum, sem

occidentalibus hanc ob rem cecidiſſe. [Inter Nonas & Idus Februarias nix poſt homines natos maxima cecidit; eqvos enim, in plano campo conſtitutos, altitudine adæqvavit. Oves eqviq; ligna, ceſpites & vel aliorum cadavera edendo, famem compeſcebant. O. E.] Æſtas non graminoſa; ſed mitis. Aliqvot prædia Olveſenſia terræmotu corruebant, hominibus & pecudibus illæſis. Glacies menſe Februario oris Islandiæ vi tempeſtatum appellitur, qvibus ad feſtum usq; diem, Johanni Babtiſtæ conſecratum, adjacuit. Nullum illa qvæſtum Islandis apportavit. Interit navis de tribu maritimo, Selvog dicto, ad Herdiſarvikam, & in ea vecti 14 remiges. [Hæc duodecim remorum navis, Skuuta vocata, qvæ ipſis Cineralibus periit, diuq; loco maritimo in Selvogo, Straund dicto, adhæſerat, mult-toties fuerat refecta; nam felix credebatur, ſalva ſemper licet ultimu appulſa. Ejus rector Gudmundus Petri a ſolito appulſu illam arcuit, & ad Herdiſarvikam, ubi cum qvindecim remigibus periit, appulit. Hujus navis poſſeſſor erat Haqvinus Biarni filius, qvi prædium Nes [in Selvogo] inhabitavit. Hac nocte duo navigia de Selvogo, cujus altero paſtor dominus Jonas Pauli filius vehebatur, tempeſtatibus & fluctibus jactata, incolumia evaſere. O. E.] Die 2. Martii vehementer ſpirans zephyrus gregem oviariam paſſim abegit, ejusq; nonnullam partem interemit. Tum qvoq; aliqvot homines absq; tamen læſione ſub dio pernoctarunt. Luna delinqvit. Mare Veſtmannas circumluens, ſangvineum, ut acciderat, priusqvam Turcæ oras orientales diripiebant, conſpicitur. Sorores, heri Biörni Benedictini filiæ, Gudruna nempe, qvam epiſcopus dominus Gislus Ottonis in matrimonio undecim annos habuit, improlis, & Sigridis, cui maritus Paulus herus Gudbrandi filius, Marſtadis habitans, rebus humanis

átte Páll bónde Gudbrands son. Item deyde þá sonur hennar Hákon, eitt frómt og velsidugt úngmenne. Hann var á heimreisu af alþínge til sinnar módur, og hafde þenna fyrerfarande vetur vered í skóla ad Skálhollte, andadiz nær þegar í bygd var komenn, tók sótt á Þíngvollum, 16 vetra ad alldre. Þad ár deyde og Dade bónde Biarnason á Skarde á Skardstraund, er átte Arnfríde Benedicts dóttur Haldórs sonar ríka frá Modruvollum í Haurgárdal.. Þav voru þá barnlaus. Erfínge þeirra dóttur-son Eggert Biorns son. Deyde Ingebiorg Arna dótter, sem átte sál. Gísle Þórdar son logmañ, þav áttu margt barna.. Tekenn Benedict Páls son med aundrum skip-verium á Hamborgara skipe af Tyrkium, hvert sigla ætlade til Spanien, og halldenn þar í þrældóme. [Hann lærde bartskera íþrótt í Hamborg. O. E. S.]

Olafur Peturs son fógete hafde láted smída ser haf-færa duggu her í lande, og let þad skip fara frañ á haf til fiske um sumarid. Þad selde hann Daunskum capitain, hann let á þad menn, og fyllte þad med skreid, og let so sigla þvi til Biorgbínar í Norvege.

Anno 1634. Vetur gódur nordanlands í sumum staudum. Gras-sumar líted, vot-vedrasamt, skeñdiz hey, hehlehsé, dó peníngur. Fell fátækt fólk í húngre, vard og ílla úte. Tvo systkyne áttu barn sín á mille sudur á Alftanese, madurinn flýde, konan líflaten. Myrdtur madur á Langanese *] nord-

*] Annad Exemplar: nordan-frañ.

valedixerunt. Hujus filius, 16 annos natus, probus & bene moratus juvenis, qvi præcedente hieme in schola fuerat Skalholtensi, in domuitione, foro generali relicto, montanisqve solitudinibus ferme superatis, morbo, qvem Thingvallis primum senserat, decessit. Hoc anno qvoq; moritur Dadus Biarni filius, prædium Skard in Skardstranda inhabitans, qvi uxorem habuerat Arnfridam Benedicti filiam Haltoriq; divitis neptem, Mödruvallis in Hörgàrdalo natam. Hi conjuges Egerhardum Biörni filium, suum, ê filiâ nepotem, non enim superstitem habuerunt prolem, hæredem ex asse relinqvebant. Naturæ qvoq; debitum reddidit Ingeburgis Arnæ filia, Gisloni Theodori filio, jam mortuo, maritali conjugio prius juncta, qvibus permulti liberi erant superstites. Benedictus Pauli filius cum vectoribus navis Hamburgensis, in Hispaniam navigaturæ, â Turcis capitur, qvi eum in servitute detinent. [Memoratus Benedictus artem chirurgicam Hamburgi didicit. O. E.] Qvæstor Islandiæ regius Olaus Petrius navigium constratum, hic exstructum, in altum piscandi gratiâ hac æstate dimiserat, qvod postea Dano cuidam centurioni vendidit, qvi illud nautis instruxit, aridisq; piscibus oneratum, Bergas Norvagiæ dirigi curavit.

Anno 1634. Hiemem, qvæ per aliqvam aqvilonaris regionis partem fuit placida, æstas cum graminis nuditatê perpetuisq; pluviis, fœnisecio importunis, excepit; qvamobrem, pabuli nempe caritate existente, grex boaria rarescebat. Pauperes, tam fame qvam tempestatibus interiêre. Fœmina qvædam in Alftanesia germano fratri filium peperit, cujus incestus illa pœnas capitales dedit; hic vero fugâ salutem petivit. Unus, qvi alterum in *) evro-aqvilonari promontorio, Langa=

*) Aliud Exemplar: aqvilonari.

avstan-fram̄, sá slúde. Drap og myrdte sá bonde skálkur, ek Gísle het, sinn faudur Tómas Þorkels son vestur í Daulum, epter þad þeir haufdu stoled í Húnavatns-þínge, og Gísle var hýddur og márkadur. Sá skálkur nádiz og var rettadur. Stulder mikler fyrer nordan land.

Heingdur Jón Orms son under Svart-hamre í Langadal fyrer stuld, dæmdur í Bólstadahlíd. Þesse Jón tók þad bragd, þá menn komu til hanns ad vita þess sem stoled var, og vildu taka hann, því þeir haufdu þá funded fólann, hann greip knif, og skar skinnid á hálsinum inn á barkann, og kastade ser so nidur uppílopt, og lét korra nidur í hálsinum, enn blód rann um hann allann úr áverkanum, hann var og ei lítell. Þá ofbadd aullum, og gengu frá, nema einn, hann sá þetta bragd, og herdte hina upp, og var þá Jón tekenn og deyddur, sem fyrr seger. Þesse Jón var og í Vestmannaeyum, þá Tyrkiar rændu þar. Hann fann uppá þad, ad hann lagde sig nidur hiá daudum maunnum, og þvode ser og velte í þeirra blóde, og lez daudur. Stúngu ræníngiar vid haunum med spiótum, og merktu ei annad enn daudur være. Og þegar Jón hafde so lenge leged, reis hann vid, og meinte óvinina alla fiærlæga, enn þegar hann uppstód, sáu þeir Jón. Tók hann þá á rás, enn þeir epter, so komz hann ofanfyrer biaurg, og slapp. Enn illa lendte um sider, sosem ádur er skrifad, enn þó dó hañ skaplega og vel, þad á var ad siá, medtók Sacramentum, og geck lidugur til aftauku-stadarins og í snauruna, befalande sig Gude. Brann bærinn *] Liáskógar í Haufda-hverfe, og

*) Al. Hléskógar.

stes dicto, interfecerat, pœnam effugio evitavit. Pessimus ille nebulo nomine Gislus, qvi patrem Tomam Thorchilli filium, postqvam in toparchia Hunavatnensi una furto se maculârant, & hic idcirco fuerat flagellatus notâq; cauterii inustus, in qvadrante occidentali intra toparchiam Dalensem morte mactavit, comprehensus capite plectitur. Regionem borealem crebra furta denigrarunt. Jonas Ormonis filius hanc ob rem sub Svarthamro (præruptis nigris) in Langadalo judicio, Bolstadahlidæ lato, suspenditur. Hic Jonas, inventis furto ablatis, eum comprehensuris os hoc modo sublinebat: cultello arrepto jugulum adeo sauciavit, ut cruore totus immaderet, qvo facto, resupinum se in terram projecit, & compressis faucibus, spiritum qvasi moribundus rhonchissantem traxit. Qvo adstantes consternati, discedebant, uno tantum excepto, qvi technam comperiens, cæteros ad eum capiendum incitavit, & sic deinceps interficitur, ut antedictum est. Prius memoratus nebulo, Turcis insulas Vestmannaeyas, ubi tunc mansit, depopulantibus, a dolo consilium mutuans, stragi se interjecit, cæsorumq; sangvine membra circumlinens, mortem simulavit. Sic latrones, cum eum spiculis hastarum attingebant, emortuum crediderunt; ille verò cum diu jacuerat, tandem exsurgit, hostes procul abesse arbitratus; qvibus eum videntibus atq; inseqventibus, ocyus ille avolans, per prærupta se præcipitando evasit. Sæpius dictus Jonas, cum ad ultimum, ut antea monuimus, suo captus erat laqveo, acta pœnitentiâ, qvantum scire licuit, vitam finiebat; sacra enim cœna usus, ad locum supplicii & in ipsum laqveum ultro ivit, animam Deo commendans. Villa qvædam in vico Haufdensi sita, qvæ *) Liaustoogar nuncupatur, cum haud exigua re inanima,

*) Al. Slesskógar.

miked fé í davdum hlutum þar inne. Brann og aunnur hiáleiga fram í Hnióskadal, og þar brann inne forráda kona, einnen það sem til var af kviku og davdu. Brunnu hey í Glaumbæ í Skagafirde, litlu vard hiálpad. Þar kaufnudu og brunnu 13 kýr, so líted vard maunnum af þeim ætt. Brunnu hey á Skardsá í Sæmundarhlíd, nockru vard hiálpad. Þar kaufnudu 5 kýr og ein kvíga. Þesser elldar komu úr siálfum heyunum. Þann 13da Januarii sló elldíng edur reidarþruma lopt-húsin í Brædratúngu, er Hr. Gísle logmadur Hákonar son let smída. Er mælt sá skade hafe vered til 50 hundrada.

[Reidarslagid hlióp inn um portid, og ofan í gólfid fyrer framan stofu-dyrnar, bravt kistur og hirdslur, og hvad sem fyrer vard. O. E. S.]

Kom út med hirdstiórn Pros Mundt til Birkiswold. 1.) Hanns veitíngar bref úpplesid á alþinge, hann skylde halda Islendíngum vid Islendsk løg. 2.) Kóngs bref um Bavgstada mál. Arna logmanne tiltalad, ad hann vid einn Contract vered hafe, og nidursleged kóngsins sak-eyrer, hvarum haufudsmadurinn tilnefnde 24 menn 3.) Kóngs bref um Botns mál. Þar Arna logmanne tildreift, ad hann hafe ei giort Jóne Hannes syne log um þá jaurd. Enn ad skrifa um upptauk þessara mála, vill verda hellдurtil lang-ordt. 4.) Einnen kom kongs bref um hvíta fálka, ad Kóngurinn vilde þá eignaz. 5.) Saumuleidis eitt bref, sem birte þá súpplicatiu, er hlýdde um kúgilda fiolda med jaurdum her á lande, og þar fyrer forminkuduz kóng-

qvæ inerat, ignibus consumta est. Altera in Hnióskadalo cum matrefamilias omnibusq; bonis & pecudibus eodem modo periit. In prædio Glaumbæ intra toparchiam Skagafiördensem fœnum pabulare deflagravit, parvam si partem exceperis, qvæ ignibus subducebatur. Hoc malo tredecim vaccæ sunt adustæ & suffocatæ adeo, ut exigua earum pars esset edulis. Skardsáæ etiam in Sæmundarhlida fœnum, aliqva parte excepta, incendio hauritur; cujus fumo flammaq; qvinq; boves lactariæ & una bucula interierunt. Hos ignes ipsi acervi fœnarii intus conceperunt. Idibus Januariis ictus fulmineus superiora ædium Brædratungensium lacunaria, qvæ dominus Gislus nomophylax exstruenda curaverat, percussit, 50, ut ferunt, hundredarum jacturam afferens. [Fulmen per propylæum pavimentum tenus ante fores triclinii penetravit, arcas & qvæcunq; sibi obvia diffringens. O. E.] Venit in Islandiam Pros Mundt Birkiswoldensis, ejus præfecturam nactus. Edicta, qvæ seqvuntur, regia in foro generali publicè recitantur: 1.) Diploma Præfecto datum, qvo illi injungitur, ut Islandis jus patrium sartum tectum servet. 2.) De litibus, de prædio Baugstadis obortis, Arnam nomophylacem fraudati insimulans regii fisci, qvod scilicet pecuniam mulctatitiam transigendo suppressisset. De qvibus controversiis dijudicandis Præfectus 24 assessores elegit. 3.) De controversia Botnensi; qvo Arnas nomophylax etiam tangitur, qvasi neglexerit jus de eodem prædio Jonæ Hannæ filio dicere. Harum controversiarum ortum & circumstantias narrare nimis fusum esset. 4.) De albis falconibus, qvos Rex vellet possidere. 5.) Qvoq; diploma de multitudine kugelldarum [pecudum vectigalium] prædiis hic adnexarum; de qvo litteræ supplices Regi exhibitæ, eo nomine delationem prætexebant, qvasi hôc redi-

sins rettugheit, og þad være helst í Arneß sýsslu á dóm-kyrkiunn-ar jaurdum. Ovild millum Arna logmanns Odds sonar og Vigfúsa Gísla sonar, því Arne þótte Vigfús sig rægt hafa fyrer kónge á fyrefarande vetre. Kom bref Benedicts Páls sonar híngad, sem hann hafde til Hamborgar sendt, ad hann bad ad leysa sig med 1000 daulum, og 400 daler senduz haunum adavke til tære-peníngs. Framsender peníngar til útlavsnar Benedict Páls sýne epterkomande ár.

Vatnsflód furdanlega miked í lande Holstein, hvad í burttók bæde menn og peníuga ógrynne, bæ og kyrkiur, hvad hereige innsetz. [Dóu *] 6133 menn, (þar med talder 9 prestar, og 12 skólameistarar) enn 1336 hús hrauyndu, og meir enn 50000 af kvik-peninge dó. Þad flód kom um nóttina millum þess 11ta og 12ta Octobris. O. E. S.] Item skede þad her, ad Hausda skipid siglde út úr haufninne, og kom á þá vedur og dreif vestur á Strander í Trekillesvík ad Arnese, brutu þar skipid, nádiz gótsid mestallt, sumt skemdiz. Þar lá fyrer hvalfangara-skip af Danmork, hvort er flutte fram kavpmannin Christian Jonas son, og adra skipmenn. Under-kavpmadurinn §]Wolffgang lá epter og madur annar med haunum, hiá gótsinu, allt lá vid skemdum. Hertoge Ulrich, son kóngsins af Danmork, skoteun til davds af Svíum. Haufudsmanna skipte her í lande, Holgeir Rosenkrantz sleppte, kom aptur Pros Mundt. Þá sáz víga-hnottur.

Hann 8da Novembris fæddiz eitt ykku-barn undarlegt og vanskapad af einne lavsa-konu, sem het Anna Sofrins dótter,

*] Annad: 6123. §] Al. Ulfgang.

tus regii imminuerentur, præcipuè in toparchia Arnesensi & in latifundiis templi cathedralis. Discordia inter Arnam Ottonis filium nomophylacem & Vigfusum Gislavium, inde nata, qvod hic illius nomen præcedente hieme coram rege [ut ei videbatur] diffamârat. Venere in patriam litteræ Benedicti Paulini, Hamburgum primum missæ, qvibus petiit, ut mille imperialibus e servitute redimeretur, & qvadringenti thaleri ad sumtus itineris mitterentur. Seqventi anno pecunia ad Benedictum Pauli filium redimendum mittitur. Raræ magnitudinis inundatio, Holsatiæ oboriens, innumeram hominum simul ac pecudum, villarum & templorum stragem fecit, qvæ hic omittuntur. [In Hac illuvie, qvæ incidit in noctem inter 11. & 12. dies Octobris,*] 6133 hominum [si novem sacerdotes & duodecim ludorum magistros annumeraveris] & ultra 50000 pecudum interierunt. Hoc cataclysmo etiam 1336 domus obruuntur. O. E.] Mercatores Dani, postqvam e portu solverant Höfdensi, obortis tempestatibus ad promontoria occidentalia, Arnesiam in Trechillisvicha, agebantur, ubi navem fregerunt. Maximam mercium partem, licet aliqvatenus corruptam, obtinuerunt. Institorem Christianum Jonæum cum plurimis nautis navis qvædam Danica, qvæ cetos capiebat, recepit, apparitore institorio nomine §] Wolfgang, cum altero merces, qvæ corruptionem minabantur, servandi gratia remanente. Dux Uldrichus, filius regis Daniæ, telo a Svecis conficitur. Holgeiro Rosenkrantzio Pros Mundt. in officio succedit. Tunc globi igniti species apparuit. Die 8vo Novembris fœmina qvædam soluta nomine Anna Söfrini filia puellulam monstrosam peperit, qvæ post binam anhelationem animam efflavit. Huic infanti nec cranium erat neqve

*) Al. 6123. §] Al. Ulfgang.

hvört er dó epter tvær andvarpaner. A þess haufde var eing-en haufud-skel; og eingenn hálsinn, axlirnar jafnháar eyrunum, andlitid ysrid breidt, og nefid miøg breidt og blódugt. Þad hafde tennur í bádum gómum. A bakinu var laung leingia skinnlavs, og ei nema bert hold, og nær nockur vilde þad skoda, rodnade þad, enn var þó davt, sem þad bligdadiz sín, med fleiru audru, sem her er oflangt ad skrifa.

Þann 22ann Martii var eitt svín bored í prests-gardinum í Riisebergs sókn í Skáney, 4 mílur frá Helsíngiaborg, med 6 audrum fullkomlegum grísum. Þad hafde ecke utan eitt auga, allt svart og ravdt, framant midlu haufdinu, langa triónu framan úr havs-skelinne af kiote líka sem fíls-rana med holu framan á endanum; og eckert hol á nausunum sem á audru svíne, og hafde breidast munn, líka sem apinia. Upp af fótunum stódu sem skeyte. Eckert hár hafde þad nema líted á hriggnum. Þetta skrímsle lifde eina stund.

Þann 22ann Martii var einn kálfur skorenn af einne kú 1 mílu frá Helsíngiaborg, svart-hiálmóttur, med tveimur haufdum saman-grónum og *] þrennum eyrum.

Þann 2ann Aprilis var eitt lamb bored 2 mílur frá Helsíngiaborg med audru fullkomnu lambe. Þad hafde 5 legge og 6 fætur. Eitt bein edur leggur geck út af brióstinu, og beygde sig ad munninum, hvar á ad voru 2 fætur. Eitt bein geck nidur úr kvidnum med háre, álíkt ad siá sem eitt sverd. Þad lifde eina stund.

Anno 1635. Vetur gódur fyrer nordan. Hluter góder sydra og líka vestra. Druckunn 14 manna úr Vestmannaeyum. Druckvudu 3 menn á Vatnsleysustraund. Brann bærinn

*] Al. þremur.

collum, ita ut humeri auriculas altitudine adæqvarent. Facies cum naso fuit immodicè lata, qvi hic insuper sangvineus. Dentes illi in utroq; erant palato. Pars in oblongo dorso cute fuit nudata, qvæ ad conspectum hominum, mortua licet, acsi puderet, irrubuit, cum pluribus, qvæ inserere nihil attinet. Die 22. Martii in æde sacerdotis in parochia Risebergensi, qvæ qvatuor milliaria ab Helsingoburgo distat, porcellus cum 6 aliis naturalibus natus est, nigro & rubro colore distinctus. Illi in media fronte unus fuit oculus. Rostrum longum, carneum & elephantis proboscidem referens, e cranio prominuit, in extremitate cavum. Narium foramina qvæ porcorum naribus conveniunt, abfuerunt. Os simiæ de latitudine æmulum. E pedibus jaculi species eminuit. Fuit depilis; nisi qvod in dorso tenera lanugo. Hic prodigiosus partus unam horam vixit. Eodem die in loco qvodam, uno milliari ab Helsingoburgo disterminato, vitulus nigro colore variegatus, a matre dissecabatur, qvi duo agnata capita *] ternamq; aurem habuit. Die 2. Aprilis, duorum milliarium spatio ab Helsingoburgo agnus cum altero naturali nascitur, 5 crura & 6 pedes habens. Illorum unum, qvod e pectore prominebat, fuit bipes & in os reflexum; alterum pilosum, gladio simile, de ventriculo dependebat. Hoc monstrum per unius horæ spatium vitales auras carpsit.

Anno 1635. Hæc hiems, qvæ in regione septentrionali fuit mitis, incolas in australi & occidentali insulæ parte larga piscium capturâ beavit. Remiges qvatuordecim de Vestmannaeyis, & tres de ora, Vatnsleysustraund dicta, gurgitibus sunt exhausti. Villa Hladhamar in Hrùtafiördo cum omni re domestica incendio deleta est. Qvæ dum gerebantur,

*] Al. tres.

Hladhamar í Hrútafirde, og allt þad inne var, fólk var í sele. Geck bóla, þó margt fólk úngt innan 19 ára alldurs, einnen þeir sem ecke haufdu feinged þá fyrre bólu, sem nærst þessare geck. Geck og landfar-sótt med take, andadiz í því margur alldradur madur.

Deyde úr bólu Magnús bónde Ara son á Reykhólum, er átte Þorunne Jóns dóttur, sem átt hafde sál. Sigurdur Odds son biskups Einars sonar ádur fyrre. Einnen deyde úr bólu Magnús Sæmunds son ad Hóle í Budlúngavík. Hann átte Sigríde Þorleifs dóttur frá Búdardal. Þad ár deyde sá ehrlege mann Jón Sigurds son á Reyneſtad, sem logmadur hafde vered, 70 ára, 26. Maji, feck gódann og hægañ afgang, hafde halded Reyneſtad 33 ár, vered logmadur 13 ár, enn sýsslur haft imsar, alltíd frá úngdóme, Stapa umbod og þar sýsslu 3 ár med Reyneſtadar klaustre og Skagafiardar sýsslu. Deyde Jón Sigurds son, sem átte Kristnes í Eyafirde, einn frómur og hógvær madur. Deyde sá fróme mann Sigurdur Hrólfs son á Marteins-messu kvold, sofnade sætt í Drottne 63 ára. Hann hafde haft Þíngeyar sýsslu 30 ár med Þorberge bródur sínum.

Stulder mikler á Sudurnesum. Voru tveir menn heingder í Gullbríngu sýsslu fyrer stuld sinn í hvorn tíma. Jens Sofrens son var þá umbodsmadur á Bessastaudum. Einn dreingur 18 vetra heingdur fyrer stuld í Eyafirde, feck ydran.

Komu á land í Vestmanneyum fiskar, sem avngver haufdu þvílíker fyrre séz, nær hundrad ad taulu, voru med tveimur

tota familia in æstivis mapaliis se continebat. Morbus variolorum numerosam adolescentiam, scilicet qvi intra annum erant undevigesimum, cum pluribus, qvos prior non tetigerat, abstulit. Morbus epidemicus, pleuritide mixtus, multis senescentibus fuit pernicialis. Morbo variolorum decessere, Magnus Aræ filius, Reykholis habitans, cui uxor Thorunna Jonæa, vidua beati Sigurdi Ottonis Einaridis episcopi, & Holis in Budlùngavicha Magnus Sæmundius, maritus Sigridæ, Thorlevo natæ Budardalensis. Hoc anno, die 26. Maji, probus ille vir Jonas Sigurdius, prius nomophylax, anno ætatis septuagesimo Reynestadis placidam mortem oppetebat. Is diversam spartam â primâ adolescentiâ ornarat; nam præter nomophylacatum, qvem 13 annos tenuit, toparcha fuit Skagafiördensis, & 33 annis cœnobiarcha Reynestadensis, unaq; per triennium præfectus toparchiæ Snæfellsnesensis, annexi nec non latifundii regii Stapensis procurator. Moritur Jonas Sigurdius, probus & modestus vir, qvi prædium Kristnes, in Eyafiördo situm, possedit. Die festo Martino dedicato, in vesperam vergente, probus vir Sigurdus Hrolfsonius placidè in Domino obdormivit, postqvam vixerat 63, toparchiæ vero Thingeyensi cum fratre Thorbergo 30 annos præfuerat. Magna furta in promontoriis australibus facta. Duo in toparchia Guldbringensi, singulis uterq; vicibus, mandatario regio Johanne Söfrinio Bessastadis sedente, strangulantur; & in tractu Eyafiördensi servulus, octodecim annos natus, acta pœnitentiâ, ob furtum patibulo affigitur. Pisces bicipites penitus ignoti, numero ferè centum, in Vestmannaeyis in aridum subducebantur, qvi insvetos ejulatus edentes, nullius generis ferro potuerunt consumi: posteaq; in mare se receperunt.

haufdum, og hldu med ámátlegum hliódum. Være til þeirra járnum lagt edur hogged, beit ecke á. Þeir fóru í sió aptur. Drógz ein hámey*] á halldsære í Engey sudur. Utan á henne hēngu, og helldu sig vid hana 4 fiskar. Þeir haufdu eina skál framan á haufdinu, med hvorre þeir festu sig á, og var so sem hol komed á háme⁊una. Og þegar sió-menn gátu slited nockurn þenna fisk af henne, þá sette sá skálina á skip-bordid so hardt, ad brakade og brast í aullu skipinu. Þó til þeirra fiska være lagt edur hogged med saurum, liáum, aurum edur audrum járnum, hvad allt var reynt, tók eckert á þá. Þeir dóu aller, þegar á land komu. Pros Mundt var samt hirdstióre á Íslande. Voru á alþinge uppleſen Kóngl. Mayts bref. 1.) Ad kenne-lhdurinn á Íslande kostgæfelega barna-lærdóminum framfylge, og einn part af haunum upplese á sunnudaugunum epter predikun, item kalle baurnin fyrer sig og yferheyre, þeim þarum framvegis tiltaliz, ef forsómunarsamer eru. Item um prófastana, ef þeir forsóma ad áminna prestana, stande þar fyrer retta. 2.) Annad bref, ad Kóngel. Mayst. befalar, ad af hvorre kyrkiu á Íslande skylde gefaz dalur, ad sú nýa Biblia mætte prentaz, og lenhs-mennirner, og fógetarner, og kyrkiuhalldararnir hiálpudu til ad þetta greiddiz af hvorre kyrkiu. Í sama brefe var bókprentaranum unnt og veitt sú jaurd Gnúpufell til upphelldis. 3.) Einnen kóngs bref uppleſed, ad prestunum var fyrerboded, ad hallda nockurum frá altaresins sacramente, sem sig forsæe med savrlifnade edur audrum soddan misgiorníngum, þó þeir vegna þeirra fátæktar gætu ecke borgad þeirra sekta-fe, og ad þeir heldu avngvum frá altarinu, þegar þeir giordu tilbærelega ydran. Item í sama brefe streingelega fyrerboded, ad kóngsins lehusmenn edur fógetar á Íslande keyptu jarder edur ódaul, edur ad bænd-

*) Al. háa mey.

Ad insulam qvandam australem, Engey dictam, sqvalus glaucus hamo ducebatur, cui qvatuor pisces conchâ [speciem puta phialæ], illis in capite sedente, tam arctè inhærebant, ut eum fere perforârint. Ut unus horum a piscatoribus potuit avelli, tam vehementer navis asseribus concham impegit, ut tota navis strideret. Ante dicti pisces majoribus cultris, securibus, falcibus & id genus aliis ferramentis, qvibus omnibus tentabantur, erant insecabiles. Hi, ubi in continentem erant deportati, omnes mortui sunt. Præfectus Islandiæ fuit Pros Mundt. Diplomata regia in foro generali seqventia publicè recitantur: 1.) Jubet ordinem ecclesiasticum doctrinam chatecheticam urgere, ejus partem aliqvam qvalibet Dominica, concione habita, legere, & neophytos in unum convocatos, de eadem examinare; qvod si omittant sacerdotes, negligentiæ postulentur; item de præpositis, qvi, si incuriosi in hortandis sacerdotibus reperiuntur, à superioribus reprehendantur. 2.) De subsidiis ad Codicem sacrum excudendum, uno nempe imperiale, a singulis sacris ædibus conferendis, qvod negotium mandatarii, ministri & ærarii ecclesiastici præfecti expediant. Idem diploma typographo fundum Gnuupufell, in vitæ adminiculum concedit. 3.) Sacerdotibus interdicit, qvenqvam ob delicta carnis â sacra cœna arcere, licet rogatam multam paupertatis ergo pendere neqveant, jubetqve omnes, qvi serio agant pœnitentiam, ad sacram synaxin admitti. Idem qvæstores redituum Regis ejusve ministros prædia vel bona aliorum gentilicia emere, colonosqve fundos vel id genus qvandam partem iisdem, ut suis partibus in litigiis forensibus faveant, dono dare strictius prohibet. In foro generali proscriptio Erici Sigurdii palamfit, qvi pro-

urner skeinktu edur giæfu jarder edur jardar=parta; uppá þad þeir fylgdu þeirra málefnum. Var lýst á alþínge útlegd þess mañs Eyríks Sigurds sonar, er fargad hafde barne sínu vestur fyrer Jokle. Ovild samt med Arna logmanne og Vigfúse Gísla syne, vard ecke af, ad sætter samandragiz á alþínge. Hofsóss skipid siglde hedan 12. dag Septembris, kom aptur í Siglufiord, og hausdu villz under Grænland í tvær reisur, sigldu hedan aptur þann 24. Octobris, komuz frañ og brutu þar skipid. Druknudu af þeim 5 menn. Rádiz af gótse. Underkaupmadurinn druknade, enn yferkaupmadurinn Hans Olafs son komz af. Hausda skipid komz og frañ og brotnade þar, drucknudu og 5 menn, tíndiz góts. Kaupmadurinn var Christian Jonason. Skede formyrkvan 21. Februarii mikel og hrædeleg, á heilu túnglinu, bæde svaurt og raud. Þá formyrkvadiz sólin 2. dag Augusti, og túnglid aptur ógnarlega 18. Augusti. Myrdte ein madur barn sitt under Jokle ad lidnum Jólum. Þá vard ein kona sínu barne ad skada í Dala sýsslu, vard openbert, henne var dreckt. Þad sumar sáz ormurinn edur ókind í Hvítá, millum Oddgeirshóla og Arnarbælis opt. Í Júnio mánude um vorid fyrer Jóns=messu miste sólin 3 kvold alla sína birtu, og vard raud sem blód. Þá var heingd kona úr Snæfells sýsslu, aunnur hýdd og maurkud. Þá hvurfu tvo úng=meñe fyrer vestan vestarlega.

[Mikell þiófnadur í Olvese, hausdu þiófar sinn addrátt á Nesium í Grafnínge. Þeir stálu 4 gaumlum nautum, 22 saudum, 5 fiórdúngum smiors og maurgu audru. Einn af þeim

lem suam sub Snæfells-jökulo occidentali interfecerat. Discordia inter Arnam nomophylacem & Vigfusum Gislavium adhuc duravit. Tentata in foro generali inter eos reconciliatio non coaluit. Die 12. Septembris navis Hofsosensis e portu solvit, reduxq; in Siglufiördum post binam sub Grölandiam errationem die 24. Octobris ventis vela iterum commisit, cumq; exteras oras adnavigasset, frangebatur, mercium qvadam parte â dispendio vindicata; nautarum vero qvinq; & in his institor inferior hoc malo undis periêrunt, superiore, qvi Hans audivit Olavius, evadente. Dani qvoq; Höfdenses, cum patriam adnavigassent, navem fregerunt; qvod infortunium qvinq; nautarum omniumq; mercium, qvarum emptor fuit Christianus Jonæus, jacturam afferebat. Die 21. Februarii tota luna deliqvit, modo nigra modoq; rubra (horrendum visu!) apparens. Die 2. Augusti sôl, & luna denuo horride 18. ejusdem laborarunt. Festo Natalitiorum præterlapso, qvidam sub Jökulo suum filium interemit. Muliercula qvædam intra toparchiam Dalensem ejusdem facinoris rea, aqvâ suffocatur. Hac æstate in fluvio Hvítá inter prædia Oddgeirsholos & Arnarbælum angvis seu monstrum fluviale crebro conspicitur. Hujus anni vere in mense Junio ante festum Johanni Babtistæ dedicatum sol totus terna in continua serie vespera obscuratus, sangvinis colore suffunditur. Mulier in toparchia Snæfellnesensi suspendio vitam amisit; altera flagellata & cauterio inusta. In exteriore regionis occidentalis parte pueri duo evanuere. [Magna in tractu Olvesensi pecunia subrepta; raptores furtim ablata, qvatuor nempe castratos maturosq; boves, 22 verveces, butyri 50 libras & multa alia, Nesas, prædium qvoddam in tractu Grafningensi, unà con-

heingdur, annar hýddur og markadur, fleire hýdder. Bóndinn í Nesium var og so hýddur og markadur fyrer samhyllíng og og hýsing. O. E. S.]

[Frettasaugn úr Englande um þann mikla logn=snió, þat flell. Hann lá frá Atta=dege til Mariu=messu. Voru af maurgum maunnum bravter mokadar frá staudunum til siáfarins. Dóu fuglar og fiskar um landid og í vautnunum. Eingenn munde þar slíkt fá=dæme, og fannz þad í Annálum þeirra í 800 ár hin nærstu ecke skeð hafa. Svíar stríddu á Keysarann, haufdu jafnan sigur og unnu á. Fleira þerum læt hiálda. B. S. S.]

Anno 1636. Geck bóla, dó margt fólk, so og dó þad úr landfar=sótt. Druknun Eggerts Sæmunds sonar á Sæbóle á Ingialld=sande á Vestfiordum, og 5 manna. Druknun 5 manna og einnrar konu úr Adaulum í Skagafirde í íse. Þeir voru ad sela=drápe og ofhlódu sig. Nafn het þeirra formadur. Einn madur drucknade í Eyafirde, var ad sel=skutlan, og steypte selurinn bátnum, annar madurinn nádiz. Dó Gudmundur Eyríks son í Gaungu=skards=Ar=gile í Skagafirde. Skip rak undan í Grindavík, á því voru 5 menn. Pad skip rak ad aptur sídar broted. A Midnese drucknudu menn á sexæríng, og enn einn madur. Brotnudu 3 skip í Vestmanna=eyum. Voru á þeim 45 menn, sem drucknudu aller. Formenn voru á tveimur Oddur Peturs son og Biarne Valda son, gamler formenn, og haufdu frelsaz frá Tyrkium, þá þeir ræntu

tulerant. Horum unus ſuſpenſus eſt; reliqvi vero multâ tantum vibice cæſi; ſi modo unum exceperis, cui cum ipſo ruricola, qvi in facto prius conſentiens, eos hoſpitio exceperat, cauterium præterea fuit inuſtum. O. E.] [Fama ex Anglia perfertur de magna illa nivium mole, qvæ, cœlo ſilente, cecidit, terramq; a feria octava Natalitiorum ad feſtum conceptionis Mariæ operivit ita, ut multi ab oppidis ad oras maritimas vias ſternerent. Hoc malum in terra aves & in lacubus piſces enecavit. Res fere exemplo carens nullam in Annalibus Anglicis per proximos octingentos annos habuit parem. Sveci ſemper ſuperiores Imperatorem armis infeſtant. Plura hac de re prætermittimus. B. S.]

Anno 1636. Morbus variolorum & epidemicus ſimul per inſulam graſſantes, multos abſtulerunt. Egerhardus Sæmundius de prædio Sæbòl in Ingialdſando Veſtfiördenſi cum qvinqve aliis gurgitibus hauſtus eſt. Qvinq; viri unaq; fœmina de Adalis in Skagafiördo navem, cujus rector Rafn nominabatur, phocis, in glacie captis, nimis onerando deprimentes, interierunt. Qvendam de Eyafiördo phoca vulnerata cymbam ſubvertens, in undas detruſit, altero remige vitæ periculo erepto. Gudmundus Erici filius in Argilo Gaunguſkardenſi intra toparchiam Skagafiördenſem viam lethalem calcavit. Navis in Grindavicha, qvinq; remigibus inſtructa, vi tempeſtatum cedens, poſtea fracta in terram ejicitur. In Midneſo [loco auſtrali maritimo] ſex-remis cum nautis fluctibus ſubmergitur. Et adhuc unus eodem fato interiît. Tres naves ad Veſtmannaeyas, & in iis 45 remiges vecti, naufragium facientes, periêre. Harum duarum rectores fuere Otto Petri & Biarnius Valdæus, uterq; in arte nautica multis annis ver-

eyarnar. Oddur var af Norskre ætt, frómur madur. Petur Líst het hanns fader, gamall formadur fyrre þar i eyunum fyrer því skipe, er Biorninn het. Oddur hafde frelsaz úr siáf-ar-háska fyrer tveim árum fyrer serlegt Guds almætte. Hann dreif frá eyunum og avstur fyrer Mírdal i storme og bryme, og kom þar under há biaurg. Hafde þesse Oddur haft altíd serlega lucku i sió-ferdum og afla-braugdum. Var þá ólendande i aullum lendíngum, og eingenn kunne vita ad under þeim biaurgum hefde nockurn tíma skipe lendt vered fyrer hóla-urd og stór-grýte i fiorunne. Enn þá þetta skip bar þar ad, var þar komenn slettur sandur, so þeir gátu lendt og uppsett skipid. Enn á hamra fyrer ofan komuz menn upp, þó navmlega, því þeir i Vestmannaeyum eru vaner hamra-gaungum. Nú sem þesser menn voru so úr siáfar-háskanum leyster, tók sióinn þeirra skip, og bravt i spón, og allur sandur fór i burt þadan, og var epter open urd sem ádur var. Epter þad áfall hafde Oddur afteked formennsku lengur ad reina, hvad hann ecke heldt, heldur endte sitt hlavp, sem ádur seger.

A Midnese sudur áttu tvo systkyn barn sín i mille, og fannz þad grafed. Þav bæde rettud. J Havkadals á vestur i Daulum fannz úngbarn, þad vard uppvíst, og kendiz módurin barns mordid, enn bar undan manninn, sem barnid hafde vid henne átt i hórdóme, ad hann hefde hvorke vitad barn-egninа, ne útburdinn. Hún dæmd til davda, og dreckt, enn manninum siottar-eidur, ef á haunum felle, þá hanns mál til alþíngis dæmt.

ſati, qvi violentas Turcarum manus, inſulas Veſtmannicas depopulantes, evitârant. Memoratus Otto genere Norvagico erat probus vir, cui pater fuit Petrus Liſt, qvi navem in inſulis, Biørnínn (urſum) vocatam, diu rexerat, biennio antea ê maris æſtu ſingulari omnipotentiâ divinâ exemtus fuerat, qvod ita accidit: fluctus & procella eum ab inſulis præter tractum orientalem Mirdalenſem ſub altiora prærupta agitârant, ubi nemo prius navem (ut ſcire licuit) præ ſaxis, qvibus littus fuit conſtratum, appulerat; præterea jam tum omnes æſtuantes fluctus appulſus inhibebant; at cum ſæpius memoratus Otto, qvi in itineribus maritimis & piſcatu ſemper felix fuerat, illuc pervenit, ſuper hæc ſaxa arena accumulata aditum permiſit; nautæ proinde navem appulſam in ſtationem ſubducere poterant, qvibus per prærupta difficulter, licet illis in inſulis fuiſſent aſſveti, enixis præſentiq; periculo ereptis, fluctuum violentia navem ablatam diffregit, &, arena evaneſcente, ſaxa uti antea in littore congeſta apparuerunt. Poſt hoc infortunium Otto ſe non diutius ullam navem recturum voverat; ſed in propoſito non perſiſtens, antea dicto modo vitæ curſum finivit. In Midneſenſi promontorio auſtrali frater & ſoror germani prole, qvæ ſepulta reperiebatur, aucti, capitali ſupplicio afficiuntur. Intra toparchiam occidentalem Dalenſem infans in flumine Haukadalico deprehenſus eſt, cædisq; auctor, ſcilicet mater, detectus, qvæ concubinum, Jonam Pauli filium, qvi eam fuerat adulteratus, excuſans, ſe partum, illo inſcio, edidiſſe ejeciſſeq; affirmavit. Hæc judicio aqva ſuffocata eſt; illi vero injungebatur, ut ab hoc facinore juramento ſex virorum ſe purgaret, qvod ſi præſtare neqviret, tota cauſa judicibus inſulæ ſuperioribus di-

Þeim Jóne Páls syne dæmt á alþínge húdlát, sem bored gæte, med þad frí. Sá Jón deyde um sumarid ádur, fyrenn refsíngin áfell. Kona heingd fyrer þiófnad under Jokle vestur. Vard madur brádkvaddur á Dyrhólmum í Mýrdal. Madur sleigenn til davds under Eyafiaullum, meintu menn af vedre. Þann 8. Maji kom upp elldur í Heklu, varade langt fram á vetur, giorde stórann skada þar í kríng.

Deyde Ragnheidur Páls dótter í Hollte í Ønundarfirde þann 19da Novembris á faustudag epter mid-dege, lá 13 daga, tók sótt um sunnudag, andadiz christelega, segiande góda nótt aullum, og sóknina fyrergefníngar bidiande, stód uppe til sunnudags, og var so jaurdud epter embætte. Hún var vitur kona, mild, orlát, greind og diarfmannleg, skaurúngur mikell, og sagde meiníng sína, hvor sem í hlut átte.*)]

*) Þetta hefur annad Exemplar soleidis: [Deyde sú sæmdar-kvinna Ragnheidur Páls dótter, Jóns sonar Magnús sonar á Svalbarde nordur fordum sitiande. Hún átte fyrst Gissur Þorláks son ad Núpe í Dýrafirde. Þeirra syner Jón og Magnús. Sídar giftiz hún Síra Sveine Símons syne, prófaste ad Hollte í Ønundarfirde, hvar hún og deyde þann 19. Novembris, faustudag epter dag-setur. Hún þvíngadiz serdeilis af heima-konu tvø þav sídustu ár, er hún lifde. Hún lá 13 daga í tak sótt, var jaurdud sunnudag epter embætte, feck hægann og christelegan afgang, medtók á sinne sóttarsæng h. sacramentum, segiande aullum góda nótt, og sóknina fyrergefníngar bidiande. Hún var vitur kona, mild, orlát, greind og diarfmannleg, skørúngur mikell, og sagde meiníng sína hvør sem í hlut átte. S. T. J. S.]

judicanda submitteretur, qvod etiam factum fuit; in foro enim generali ad flagellationem tantum non lethalem damnatus est; pœnam vero irrogatam morte priori æstate evitavit. Mulier sub monte Snæfells-jökulo furti crimine suspenditur. Dyrholmis in Myrdalo qvidam repentinam mortem oppetit. Unus sub montibus orientalibus [ut vulgo existimabant] vi tempestatis ad internicionem percussus est. Die 8. Maji mons Hekla ignem evomuit, qvi in multam hiemem duravit, vicinis locis haud exiguum damnum afferens. Ragnheidis Pauli filia, postqvam omnibus noctem felicem optarat, veniamq; â parœcis petierat, Holto in Onúndarfiördo die 19. Novembris, qvi erat dies Veneris, christiana morte extremum diem confecit. Invaserat eam morbus lethalis die solis, diesq; tredecim ægrotavit. Mortuæ funus seqventi dominica post missam humo fuit mandatum. Fuit hæc matrona sapiens, comis, liberalis, prudens & audax virago; cuiq; enim suam sententiam, personam non respiciens, aperivit. *] In regione australi fures

*) Hoc in alio Exemplari ita: [Moritur honorifica fœmina Ragnheidur, filia Pauli Jonæ Magnæi filii, qvi prædium boreale Svalbard antea incoluit. Primum illi maritus fuit Gissurus Thorlacius, in Nupo in Dyrafiörd habitans. Eorum duo filii, Jonas & Magnus. Postea nupsit domino Svenoni Simonio, sacerdote in Hollto Onundarfiördensi; ubi post occasum diei Veneris, qvi fuit 19nus Novembris, defuncta est. Ultimo vitæ biennio erysipelate potissimum laborabat; per tredecim dies pleuritide ægrotavit. Dominica post missam humo mandatur. Obitus illi christianus placidusqve; lectulo enim ægrota adhærens, S. sacramentum accepit, omnibus noctem felicem optans, & a parœcis veniam petens. Fuit alias sapiens, comis, liberalis, prudens & audax virago; nam adulationis simulationisqve nescia nullius personæ respectum habuit. D. T. J.]

Fiórer þiófar Heingder á Sudur-landinu, enn maurgum refsad. Vestan-fram í Hrútafirdinum heingde sig madur Helge ad nafne Kráks son. Brunnu tveir bær sudur í Túngum, het annar Yda, nærste bær Skálhollte fyrer sunnan Hvítá. Þar brann inne fader og dótter, kaufnudu inne 30 sauder. Brann einn bær á Alftanese, menn skadade avngva. Ein kvinna flutt fram, vilde ei segia faderne barns síns.

Elldur í Heklu med stórum ógange og miklum. Stódu 13 elldar úr fiallinu so taled vard. Heyrduz nockrar dunur þadan. Sáz og einnen mystur og dimma, avstur um allar sveiter kom megen myrkur med frábæru auskufalle, so tók fyrer jaurd, og dó peníngur, enn sumur vard vitlaus. Sá elldur kom upp 8. Maji, og varade allt sumarid og þó lengur.

[Vetur miog hardur til sveita helst fyrer avstan med miklum sniónum og ísa-laugum, vard þó ei penínga feller, þvi vel hafde heyaz. Brann bær á Yru hiá Skálhollts-hamre, og þar inne kona Jóns Jóns sonar [sú fyrre het Borghildur] og fader hennar karlægur. Jón var sídar yfer-brite í Skálhollte, og hafde sídast Hamra umbod, var lögrettumadur. Þar brunu og 30 laumb. Fólk var vid messu í Skálhollte, þá þetta skede. Item brunnu 6 navt á Gerde á Akranese, enn men sakade ecke. Drucknun Síra Jóns Niculaus sonar í Hvítárnese, og bródur hanns med 4 maunnum. Þad havst fram

qvatuor sunt suspensi, multo plures virgis cæsi. In occidentali territorii Hrutafiördensis parte qvidam nomine Helgo Krachius suspendio vitam finivit. Duæ villæ in tribu Tungensi, qvarum altera Ida audivit, ad meridiem trans Hvità sita, Skalholto proxima, & in hac pater cum filia, incendio exhaustæ sunt; cujus fumo etiam triginta oves suffocabantur. Hæc calamitas villæ cuidam in Alftaneso, hominibus qvamvis illæsis, contigit. Mulier qvædam, qvæ editi partus patrem confiteri noluit, in Daniam defertur. Ingenti horrendoq; tumultu Hekla flammas evomuit, qvas tredecim ex ea in cœlum minantes numerarunt, magno cum fremitu, cui æther resonare aliqvoties audiebatur. Pulvis etiam, evrinam atmosphæram opacare visus, cum densis tenebris per omnes orientales tractus tam copiosè decidit, ut pecudes pascua, graminis inania, peragrarent, earumq; proinde nonnulla pars fame interiret, alia vero demens fieret. Hi ignes, die 8. Maji primum oborti, totam æstatem vel diutius durarunt. [Hiems colonis & inprimis orientalibus admodum tristis, nive qvippe & glacie perpetuo terram prementibus; ideo tamen pecori non perniciales; optime enim fœnisecium cesserat. Villa Ida, ad ripam Skalholtensem sita, cum uxore Jonæ Jonæi, cui prior erat Borghildis, illiusq; patre annis decrepito, triginta nec non agnis incendio deleta est. Hæc dum gerebantur, tota familia missæ interfuit Skalholti. Ante dictus Jonas fuit pedarius, postea promus cathedralis superior & ad ultimum latifundii regii Hamrensis conductor. In villa Gerdio in Akraneso sex boves flamma perierunt, hominibus omnibus illæsis. Pastor ecclesiæ Hvìtarnesensis D. Jonas Nicolai filius cum fratre qvatuorq; aliis aqvis est absumtus. Hoc autumno ad festum usq;

ad Jólum var eynnuna góð vedurátta. O. E. S.] Triá-reke mikell under Eyafiaullum. Hardt vor fram̃ á sumarid, kom snjór fyrer nordan, þá sól sem hæst geck, dó vída af savdum. Bodullinn á Bessastaudum átte barn vid dóttur konu sinnar [sinne stiúp-dóttur]. Þav bæde rettud á Kópavoge í Augusto. Brann stadurinn Glæsebær í Kraklíngahlíd og þar inne 50 fiár, menn sakade ecke, litlu af húsum vard biargad. Brann smidia í Vídedalstúngu í Vídedal sannu nótt og Glæsebær. Serlegur navta-davde á Skálhollts bú-nu í Fialle allann þann vetur og um havstid, so og á nockrum bæum þar í kríng.

Hirdstiórinn Pros Mundt kom út á varnar-skipe. Þeir tóku af Engelskum maunnum, ef ofnærre Islande láu, og so af fálka-faungurum allt hvad haufdu. Kom og út kóngs-bref, ad í aungvann máta skylde vid þá kavpa. Einnin boded fálka-faungurum, ad þeir skyldu ei sigla nema med Daunskum skipum frá og til Islands. Olafur Peturs son, sem umbods-madur á Bessastaudum vered hafde, hafde skrifad fyrer Kóng, og rægt allar stetter á Islande vid hann, hvad óskickaulega tilgenge, og bavdz til og bad, hann mætte hafa landid í len, og skylde allt soddan vidretta. Hann komz fyrer þad í ógunst vid hyrd-stiórann Pros Mundt, og flýde Olafur úr Danmork avstur í Svía-vellde. Hafde hirdstiórinn spurníngar framme vid Is-lendínga á Albínge, sem kom til af supplicatiu ádur nefnds O-lafs, fyrst, epter hvorre log-bók Islendíngar dæmdu nú, eda hef-

natalitiorum ſecunda pepetuo tempeſtas. O. E.] In oras Eyafiallenſes lignorum magna copia ejicitur. Ver ad adultam æſtatem durum. Sole in cancro eunte, nix per regionem ſeptentrionalem cecidit, gregis oviarii paſſim perniciem afferens. Lictor Beſſaſtadenſis cum privigna inceſtum commiſit, qvi ambo in Kopavogo in menſe Auguſto capite plectebantur. Prædium Glæſebær in Kraklingahlida cum 50 ovibus, qvæ intus erant, incendio hauriebatur, parva domuum parte excepta, qvæ hominum ope, qvorum nulli ignis nocuit, integra remanſit. Eadem nocte fabrica ferrea Videdalstungæ in Videdalo exarſit. Hoc autumno totaq; ſubſeqventi hieme in Fiallo, villa ſubſidiaria cathedræ, contiguisq; aliqvot villis incognita contagio numeroſam boum ſtragem edidit. Rediit præfectus regius Pros Mundt, nave præſidiaria vectus, qvæ Anglos, propius Islandiam ancoras tenentes, itemq; accipitrum magiſtros prohibitis mercibus ſpoliavit. Venit in Islandiam diploma regium, qvod inſulanos cum Anglis ullam habere mercaturam prohibet. In eodem falconum magiſtri in Danicis ſolum navibus inter Islandiam & Daniam vehi jubentur. Olaus Petri, qvi redituum regiorum qvæſtor Beſſaſtadis fuerat, per litteras apud Regem ſingulos inſulanorum ordines ſucco loliginis ſaleq; nigro aſperſit, omnia perverſè & malè geri inſimulans. Neq; id ſolum; ſed etiam ſe obtulit rogavitq; inſulæ præfecturam, qvam ſi obtineret, ſe omnia emendaturum Regi pollicetur. Qva re præfectum regium Pros Mundt graviter offenſum, in Sveciam e Dania fugiendo, evitavit. Præfectus igitur litteris Olavi famoſis excitatus, ſeqventes qvæſtiones Islandis in conventu generali propoſuit: primum, ſecundum qvem juris codicem judicia compone-

vit dæmt, hvad hún hete eda nefnd være, og beiddiz svars þar uppá. Þeir saugdu, epter logbók Magnúsar kóngs Hákonar sonar, er inn kom med Jóne løgmanne, sem Magnúsar bref hermde. Hann spurde og kennevaldid, epter hvørre þeir dæmdu. Biskupar saugdu, epter þeirre Norsku ordinantiu epter Kóngsins skickan, hvoria ordinantiu Hr. Þorlákur hafde þá prenta láted á Islendsku.

Einnen spurde Pros Mundt biskupana báda og adra yfervalldsmenn, hvornin hondlad være med Christ-fiár-jarder epter Kóngsins brefe, útgefnu og innsendtu med Friderich Friis, og girntiz svar fyrer Michaelis messu, hvøriu þeir lofudu. Einnen girntiz hann ad vita Kóngl. Mayts vegna af aullum klausstra- og kóngs-jarda-hauldurum, sem nockurt inventarium være med fylgiande, hvornveg med sama inventarium være medhondlad, epter því kóngs brefe, sem med sál. Herlufsda var í landid innsendt, hvornveg þad være frá komed, edur hvad til reikníngskapar være komed fyrer Kóngl. Mayst, hvert þad være vyrkt, selt og til reikníngskapar fært. Þeir lofudu svare fyrer Mikilsmessu, þad best yrde her um. Hann vilde og endelega vita af klaustur-hauldurum og audrum, sem kóngdómsins jarder haufdu, hvørsu gamlar og ótídkanlegar kluckur være í þeirra umdæme, og girntiz þenna reiknúngs-skap í sama máta. Item vilde hann hafa sama reikníng og registur af klaustur-stada og hænda jarda kyrkium. Þessu var og lofad hvad mogulegt være. Heradavk befalade hirdstiórinn aullum sýsslumaunnum á Islande, ad hvør skylde grandvarlega ransaka, hvørsu margar kóngsjarder være í serhvørs sýsslu, sem fallnar være under Kónginn í þeirra tíd, edur þeirra forveriara tíd, og ransaka þad inn=

